

lebraz. z cetera officia sacerdotalia ministrare. xvj. q. j. §. ecclesie z fere per totum alias autē monachi non habent bñdi officia. vt. xv. q. j. per totū ¶ Item cum monachi ad prelaruras transeunt seculares absoluntur a ieiunio sūctio et vigilis quia vt dicit canon. nemo potest ecclesiasticis obsequiis deseruire: et etiā in monastica regula viuere vel existerē ordinare. xvj. q. j. nemo ab alijs ei non absoluitur vt in habitu seruādo z continentia z prōprium non habendo.

¶ Item si transferatur ad ecclesiam episcopales omīno absoluitur a iurisdicōne z obediētia sui abbatis. xvij. q. j. vno Sed si ad alias minorem subdistingue quia si illa subiecta est abbati suo quo ad tēporalia tunc eximitur ab obediētia illius quo ad spiritalia. xvj. q. ij. si. fa. ne z ext. de capell. mo. c. j. si vero ecclesia subiecta sit suo abbati in spiritalibus et tēporalibus tunc trāslatus remanet in omnibus subiectus abbati et seruetur omnia sicut prius prater tria. scz ieiunium vigiliā z silentiū que in ecclesia seculari seruari non possunt vt sup̄ dictum est. Si vero ecclesia in nullo sit abbati subiecta. tunc trāslatus in nullo abbati subiectus remanet. xvj. q. j. in parrochia. nec tunc ecclesiam reget secundus officius monachale qm̄ ad quā cūq; veneris ecclesiam illius consuetudinem seruabis. xij. di. de illa. z. xij. dist. quisquis. Similiter potest etia q̄ eximitur quantum ad esum carniū in hoc casu ne alius ei quibus uiuit ex hoc scādalum inducatur. vt. xij. di. quisquis se cuius vbi scandalus non generatur quia tūc seruabitur naturā suā quantum ad esum carniū de con. di. v. carnē z ext. cod. t. q̄ dei timorem. ¶ Item monachi correctio primo loco ad abbatem spectat ext. de ap. reprehēbilis z. xxiij. q. iij. corripitur. Item monachus mutuum accipere vel fideliter non pot̄ q̄ si faciat non

propter hoc monasteriū obligatur extra de fideius. q̄ quibusdam vbi de hoc in glo. ne clericus. ¶ Item monachus proprium nullo modo habere potest s̄ nunquid habet statim resignet. alioquin si inuentus fuerit aliqd̄ habere in morte insignis perditionis extra monasteriū in sterquilinio subteretur. vnde si quicq̄ alicui fuerit specialiter destinatum non presumat illud accipere s̄ ab bati aut priori aut celerario assignetur extra de statu. mo. cum ad monasteriū circa p̄m. ¶ Item monachus sine consensu abbatis vouere non licet. z si uerit debet votum frangi ad mādatū abbatis. xx. q. vlt. monachis. ¶ Item quicq̄ acquirit extra monachus nō sibi sed monasterio acquirit ext. e. t. cum ad monasteriū. ¶ Item monachus iniuriam sibi factam remittere nō potest nec agere contra iniuriam rem sicut nec seruus nec filiusfamil. sed actio de predictis cōpetit monasterio domino et patri famil. ff. de pact. l. in persona z ar. ex. de sen. ext. cō. parrochianos vbi de hoc in glo. sed nunquid z. ff. de iur. f. l. j. §. vsq;. ¶ Item monachi sine licētia abbatis nec agere nec respondere possunt ext. de iudic. casum z. xvj. q. j. monachi a monasterio. ¶ Item monachum propria deuotio aut confessio facit. xx. q. j. monachum.

Monachi facti prelati remoueri non debent.

**M**onachi si per electionem canonice fuerint alicubi priores instituti et per superiores confirmati sine causa remoueri non debent; quia sine culpa nullus debet suo iure priuari. l. vj. di. satis. ext. de sta. mona. hōr. c. si. §. priores z de iud. c. j. alij autē priores qui per electionem canonicam non creantur sed eos abbates instituunt sicut

## Summa monaldi.

nosunt ad voluntatē abbati de facili remouentur extra. e. r. cū ad monasterium. §. tales. r. c. n. §. vlti. vbi de hoc in glo. hoc intelligitur: r de symonia per tuas in fi. r de accu. qualiter et quando in fi. ¶ Itē prioratus eorum qui eliguntur confirmari possunt. ext. de preben. vbi de hoc. aliozū vero prioratus minime ext. de confir. vti. vel inuti. porrecta vbi de hoc in gl. licet enim r de sta. mo. cum ad monasteriū. §. vlti. ¶ Itē monachi claustrum exire non debent: sed cōmuniter comedere r dormire ext. ne clerici. vel mo. non magno. r. c. super specula r de vi. r ho. clerico. quoniā r. r. r. h. dist. preter hoc.

¶ Monasteria templat alia loca religiosa religiose domus dicuntur.

¶ Monasteria templa r hospitalia: r alia loca similia ad pios r religiosos vius deputata quocunq; nomine censentur religiose domus dicuntur construende sunt auctoritate episcopali. xvj. q. j. quicūq; r ext. de rel. do. senedochiis et debet constitui cum solemnitate illa que habetur de con. di. j. nemo. ¶ Itē monasteria r religiose domus subsunt epō byocefano. xvij. q. n. mōasteria et. xvj. q. vii. oēs basilice r ext. de rel. do. de senedochiis nisi priuilegijs sint muniti vel prescriptione ext. de rel. do. constitutus r de prescrip. auditis. ¶ Itē monasteria omnia licet subsint lege iurisdictionis quodammodo in fauorem religionis sunt ipso iure a lege byocefana exempta. r. q. j. c. j. r. r. r. h. q. n. quaz sic in fi. r. xvj. q. j. placuit r. c. cū pro utilitate. ¶ Itē a lege iurisdictionis siue admistrationis non sunt exempta nisi super speciali priuilegio sint mūta. xvij. q. n. hoc tantū. r. c. monasteria r. c. cognouimus r. xvj. q. j. interdictōes ¶ Itē monachorum r aliorum regularium capelle

subsunt episcopo quantū ad legē byoc. et iurisdictionē ext. de priuileg. cū r plantare. §. j. r de offi. ord. conquerere r. xvj. q. n. far. nisi vbi hōmō capelle pleno iure monasterijs subsint vel nisi monasteria exempta sint cū suis capellis ext. de priuileg. qm̄ per. r. c. ex ore. in fi. de predictis legib; sic in tractatu de lege iurisdictionis r byocess.

¶ Quis habent monachi in capellis quas fundant.

¶ Monachi si capellas in proprio solo et proprijs vsibus siue expensis suis fundauerint habent in eis omnia temporalia r episcopus omnia spiritalia. ar. xvj. q. n. sane r. c. statuendus sine sciendum r ext. de priuileg. cum r plantare. §. in ecclis r ext. e. t. c. j. r nihilominus habent ius presentandi ext. de sup. plen. negl. prela. sicut. ¶ Itē si monasteria ex donatione ipsius episcopi ius habeant in capella tunc si certo modo donauit episcopus illud ius habebunt q̄ expresse est in donatione. ar. ff. de pact. l. in conditionibus sed si episcopus contulit eis pleno iure tūc monachi habebunt temporalia r spiritalia r institutiones. xvj. q. n. vltis. Sz si episcopus simpliciter donec tunc illam portionem videtur contulisse quoniā episcopus temporaliter in eadez percipere consueuit forte aliquid impositum erat tempore dedicationis: sed si episcopus nihil percipiatur in ipsa tunc donasse videtur illud q̄ spiritali iure percipiat melius videtur per quartam de oblationibus viuorum r mortuorum preter cathedra. liu myt autē hec donatio sit legalis consensu. e. t. requirēd; ext. de voss. passo ¶ Itē potest acquiri per monachos abbatio alteri monacho etiaz per monachum fugitiuum. ff. de acquire. poss. scil. j. capi. xvij. questio. n. abbatia.



**¶** Item quādo monachi ex donatione laycorum ius sibi vendicant in capell. tunc tantūmodo ius obrinēt patronatus ext. de capell. mo. cum fm vbi de hoc: si aliquid percipiebat laycus rem porale in ea non effi potuit layc' plus iure conferre quā competeret sibi ext. de dote post diuor. resti. nup. 2. j. q. j. c. j. et. q. vii. d. albertum. **¶** Item licet eccle sia male a layco derenta. ex donatione ipsius layci in vsus transferit monacho rum episcopus loci prebende cōsensuz constabit hec donatio perpetua firmitate substra. xvj. q. j. c. vlt. vt si layc' erat patronus ius patronatus transeat ad eosdem. 2. nihil hominus quā tēporalio ter episcop' obrinebat. Si vero laycus patronus non erat saltem ius episcopi transit ext. de dona pasto. 2. de iure pa. illud. 2. hec omnia locuz habent in monasteriis non exemptis cum suis capellis. Secus tamē de monasteriis exemptis quia tunc episcop' dyoc. nihil iur' habet in capell. sicut nec in monasteriis exemptis ex quibus capelle dependent q' tunc capelle eadem lege quā monasteria censentur exempta ext. de priuil. q. ii. c. cum capell. 2. arg. xvj. q. ii. in fi. **¶** Item non debent monasteria gra uare vicarias suarū ecclesiarū ita q' hospitalitatem nō possint tenere: 2. episcop' palia iura soluere: et derid' inde viuere congruenter ext. de prebē. de monach. vbi de hoc in glo. per hoc patet. **¶** Item monasteriuz p̄stare debet episcopo ser uitiū multiplici ratione. s. ex prima cōstitutione. xvij. q. ii. elutherius Simi liter ratione cōsuetudinis. xvij. q. ii. ser uitiū. Similiter procurationē debet ratione incitationis ext. de p̄scrip. cū ex officij. **¶** Item monasteria monialium multū longe debent fieri a monasteriis monachoz. xvij. q. ii. mōasteria. **¶** Quomodo mora purgari potest.

**¶** Mora purgari potest. ff. de ver. ob. l. interdum. §. vlt. 2. ff. si quis a vic let si post tres. **¶** Item mora posterior nocet illi per quem sit illa mora. ff. de peri. 2. cōmo. rei vend. l. illud. 2. ff. de vsu. l. debitor. **¶** Item mora siue dilatio semper vitanda est vbi periculi secum trahit. xvij. dist. de syracusane. **¶** Item moneta debet habere quantitatē ponderis mensurā 2. materiam debēz et publicam formā. ff. de contrabē. emp. l. j. **¶** Item monete ciuitatis falsarius capite puniē C. de falsa. l. j. s. de hoc. d. in tractatu de falsariis.

**¶** De multitudine onerosa.

**¶** Multitudo cuius sit canonibus in inuita ext. de preben. q' in tantum nō est effrenata multitudo cōtrahēda in iudicium per clausulā generalē ext. de resc. sedes. 2. de testi. cū causaz. **¶** Item multitudo effrenata vocatur aliquādo iij. ext. de resc. cum in multis aliquādo duo insti. de iure personarū in fi. quandoq' ultra. xx. q. ii. viuo ad fines quādo q. xl. vt ext. de cleri. ex cō. latrones. Item multitudo onerosa nihil habet honesti. in aucth. de referen. pa. affi. coll. ii. et ext. de eta. 2. quali. c. penult. **¶** Item multitudo quandoq' dispensationem inducit. xliij. di. cōmestrationes ext. de clerico. ex. nimis latrones vbi de hoc in glo. hic enim non patitur.

**¶** De necessitate que excusat.



**N**ecessitas cuius leges nō habeat excusat illum qui ppter necessitates siue egritudine comedat in quadragesima carnes ext. de regu lis iuris q' non est vbi de hoc in glo. hoc ideo 2. in alia glo.



## Summa monaldi.

si in xl. de obser. ic. c. h. in fi. ¶ Itē tēpo  
re necessitatis omnia communia sunt.  
p. h. q. j. dilectissimus. ff. ad. l. rodb. l. h. §  
cum in eadem in fi. ¶ Itē propter ne  
cessitatem famis potest pater vendere  
filii suuz. C. de patri. qui fil. distra. l. ff.

### ¶ De negatiua an possit haberi.

**N**egatiua dicitur tribus modis. s.  
negatiua iure facti. et qualitatis  
negatiua facti est duplex. s. pura et sim  
plex. pura que nō habet determinatio  
nem loci et temporis vel alterius rei. et  
hoc probari non potest directe vel indi  
recte vt si quis dicat se nunq̄ fuisse cita  
tum vel nunq̄ contraxisse cum beata.  
Vnde probandi onus tunc transfertur  
ad aduersariū qz negationum nō sunt  
causę: et de hac negatiua habes extra de  
elec. bone. i. vbi de hoc in glo. l. fm. cur  
sum. Si autē adiciatur tempus vel lo  
cus vel aliq̄ simile tunc potest indire  
cte probari extra de test. ex tenore. r. c. se  
ries. r. C. de contra. r. cōmitten. stipul.  
optimam vt si exhibeatur instrumentū  
in quo contineatur stipulatio facta ta  
li die et loco. vt in predictis iuribus nec  
obstat q̄ dicitur ex. de proba. in. r. de te  
sti. cum litteris in fi. qz ibi non pbatur  
directe vel indirecte. sed presumptiue.

¶ Item negatiua facti probatur cū ha  
bet implicitā affirmatiuaz vt si dicatur  
ego non sponte renunciaui cum dicat  
renuncians coactus. et hoc pbare debet  
qui negat extra de rensci. super hoc. Itē  
negatiua iur. bene pbatur vt si negas  
emancipationem non recte factaz hoc  
ipsum probare debes. ff. de pba. l. ab ea  
parte. §. j. qz qui negat aliquid iuste sa  
ctum. dicit illud esse factū iniuste. vnde  
illud probare debes. ¶ Item negatiua  
qualitatis dicitur illaz quādo q̄s negat  
aliquem esse ydoneum dicēs hoc nō est

ydoneus. vel hic nō est legitimus vel non  
est soluendo in bis negatur qualitas et  
hoc probare debet q̄ hoc negat: qz quili  
bet presumitur ydonens et legitimus nisi  
pbetur contrariū ext. de presump. du  
dum et de scrutinio. c. vno. r. ff. de lega. l.  
cum quidā r. l. cuz pater. §. rogo. r. C. de  
in offi. re. omni modo ar. C. de pbar. ex  
persona de ista multiplici negatiua. ha  
bes extra de elec. bone in prima glo. i. fm  
cursum causariū. ¶ Itē negatiua facti  
potest pbari hoc modo cōtra instrumentū  
rū. et hoc pbatio est indirecta extra de pro  
ba. tertio ¶ Itē negatiua potest proba  
ri hoc modo. Ego iuro q̄ martinus non  
fuit citatus q̄ ego scis: s. nō est pbatio  
proprie extra de pur. ca. quod. et in quali  
liter in fi. r. h. q. in. arcaudus. ¶ Itē ne  
gato aliquo negantur et oia que necessa  
rio sequitur ex illo extra de cōsti. nā ex cō  
cupiscētia. ¶ Itē negantis positiones  
que pbari nō pnt nisi p confessionem  
aduersarij iudex admittere potest illas  
positiones si ei visuz fuerit expedire ex.  
de eo qui mit. impos. causa rei ser. sta  
tuimus vbi de hoc.

### ¶ De negligentia.

**N**egligētia vnus alteri obesse nō  
debet qz iniqum est q̄ aliq̄s alte  
rius odio hgrauet. C. de in offi. testa.  
cū quis. ¶ Itē negligentia imputat ne  
gligētia extra de iniur. c. vlt. ¶ Itē negligē  
tia dissoluta ppe volū est. ff. mand. l. h  
fideiussor. j. §. r. l. di. sepe. ¶ Itē negli  
gentia dissoluta habet p cōsciētia. ff. d. edil.  
edica. cū ser. de his habes extra de pe. r. re.  
questiū in glo. negligentia. ¶ Itē negli  
gētia dissoluta in p̄tato mortale peccatū  
est qz d̄s sollicitē inq̄rere et corrigere  
subditoꝝ excessus nec excusat si ignorat  
extra de of. ar. ea q̄r de reg. iur. §. p̄n. p̄n.  
latus em̄ de negligentia tenet r̄ ppter ne  
gligētia remoueri d̄s extra de offi. ar. cō  
ca que vbi de hoc in glo. p̄telat̄ enim



erimē alicuius est notoriū. nec etiā est impunitus tūc negligēs pbat plarus. vñ supior inquirere pōt r congere sub diū suffraganei sui: r ita quousq; constet de negligētia suffraganeoz mēro pot. pulciā visitare nō dō: ext. de accu. sicut olim. vbi de hoc in glo. si isti. non. ¶ Itē negligēs seu dolosus psumit q̄ fiat per annū q̄ nō vitur iuris. Sed in dicit copā possit b̄re. et. de rescrip. plurimū. vbi de hoc in glo. nota hic r l alia glo. ibidē si quis probabit.

¶ De nominatiōe canonica.

**N**ominatio canonica est cū oēs de collegio concordāt in aliquo eligibili assumēdo r req̄rūt assensum: cuius a q̄ est perēdus r est filius. postulationi. ext. de postu. bone. s. sed p̄ h̄m̄di notatiōe nullū ius acquirīt notato. ext. de elect. publicato. r. c. p̄ sicut l. gl. ex tali. Sed et illa notatiōe que fit in scrutinio ip̄o publicato ius acquirīt notato. ext. de elec. publicato. r. c. p̄ sicut. vbi de hoc l. glo. ex tali. ¶ Itē nota illorū qui p̄eminēt sunt in scrutinio p̄io scribēda. ff. de albo scribēdo. l. vlti. Itē note alterius pōt q̄s recipi in institutionē. ext. de p̄bē. accedēs. ¶ Itē note alterius recipit quis vsuras. r. l. vj. di. sicut non suo.

¶ Itē note ppli cōtinetur etiā senato res instit. de iure natural. s. plebs.

¶ Itē note familie dñis p̄inetur. ff. de p̄bo. signi. l. familia. ¶ Itē note eccleie cōprehēdit ep̄s q̄h̄. r. l. vj. di. s. ex his. r. ff. de p̄bo. signi. c. v. clerici. ¶ Itē note capituli. continetur decanus. ext. de cō. cō. p̄ben. post electionem vbi de his in glo. nec erit.

¶ De notorio quor modis dicitur.

**N**otoriū aliud facti aliud iuris: aliud presumptionis. Notoriū facti est cuius testis ē pplus r dissimulatiōi vel inficiariōi nō est locus. q̄ illa exhibet se cōspectui hoim̄ p̄ nulla pōt ter. ḡuerlatiōe celari et de hoc nullus au-

ditur appellās. ext. de cobabi. de. r mulie. tua nos. r. c. v. r. de appel. cū sit in fi. r. c. peruenit. r. l. vj. di. in sacerdotib⁹ in fi. r intelligitur pplis testis esse siue sit crimen notū omnibus qui sunt in loco siue maiori parti vt q̄h̄ oēs admittunt scelus proclamant. h̄. q. j. scelus. et. c. de manifesta. ¶ Itē in notorio facti non requiritur ordo iuris. qui est alio irregulariter obseruādus q̄ euidētia patrati sceleris clamore nō indiget accusatoris. ext. de accu. euidētia. nec au- dicitur appellās vt dictū est. ext. de ap. p̄sona. ¶ Item notoriū aliud est facti manentis vt dum quis tenet adulteram vel concubinā in domo. aliud notoriū facti transeuntis actu. vt si quis in publico interfecit hominē vel simile. ¶ Itē notoriū facti manentis actu credit simplici officiali. i. q. i. q. s. alio quando. ¶ Itē notoriū iuris est de q̄ aliquis cōdēnatur in iure p̄ sententiā vt: si quis fuit i iure cōfessus. ff. de sta. bo. l. vlti. r. ff. de regu. iur. re iudicata. r. ext. de cobabita. deri. r mulie. nostra. vbi de hoc in glo. ad intelligentias. ca. vlti. ¶ Itē notoriū iuris si neget req̄ritur p̄batio q̄h̄. ext. de re iudi. sicut.

¶ Itē notoriū p̄sūptiōis siue facti p̄sūptiue vt cū aliquis publice habitus est pro filio vel consanguineo vel affini alicuius. ff. de in ius vo. l. p̄ semper. et ext. de filiis p̄sbyteroz conquente. Consanguinitas enī dicitur notoria p̄sumpta. et. de viuo. porro. s. j. q̄h̄ p̄ aliquis sit filius alterius nō potest ve re p̄bati. ff. de cō. r mo. l. lucius. de hoc habes in p̄dicta glo. ad intelligētiam.

¶ De noui operis nuntiatiōe.

**N**unc agendū est de noui opis nūciatiōe. quid sit nouū opus et quid nunciare et ad que noua opera pertineat nunciatio. Et quā sit nunciā dum. Et qualiter fiat nunciatio. Et q̄s sit nunciatiōis effectus.

**Q**uid sit nouum opus face-  
re et quid nunciare.

**N**ouum opus facere dicitur qui aut edifi-  
cando aut detrahendo ad pristina  
nam operis sumitur. ff. eod. titu. l. j. §.  
opus nouum. Si quis autem uetus edifi-  
cium sulciat aut si unum uel alterum cemen-  
tum imponat nouum opus facere non uide-  
tur. ff. e. tit. l. j. §. si quis edificium. et l. si  
pulpatio. §. opus autem. et ext. de iudeis  
consuluit longe est aliud facere aliud re-  
ficere. ext. de iudeis. consuluit. et c. iude-  
is. **I**tem noua res et nouum consi-  
lium et remedium erigit. ff. de ven. in-  
spi. l. j. in prin. **I**tem que de nouo  
emergunt indigent consilio et auxilio.  
nouo. ext. de int. ac. l. de etate. **I**tem  
noua iniuria noua stipulatione opus  
est. ff. de excep. rei tu. l. si iur. §. h. **I**tem  
nouum opus in iudicio alius fieri non  
debet. alioquin de meliori dicitur. ext. e. t. c. j.  
ubi de hoc in glo. et de accu. ad audien-  
tiam. **I**tem renunciare idem est quod  
prohibere ut pro eo habeatur quod ad esse  
etiam siue quis dicat nuncio nouum opus  
uel prohibeo nouum opus. ext. e. t. signifi-  
cantibus. et ff. ti. l. in. §. nunciatio. **I**tem nu-  
nciatio fieri debet non ad omnia opera. Sed ad ea  
sola que solo diuincta sunt quorum edificatio  
uel demolitio uidetur pertinere nouum  
opus. ff. e. ti. l. j. §. hoc ante edictum.

**Q**uibus et qualiter sit nouum  
opus nunciandum.

**N**unciatio noui operis fit omnibus  
existentibus in edificio. ff. eo. tit.  
l. operis noui. et l. pupillo. §. h. et i. h.  
**I**tem si fiat nunciatio ad ipsum lo-  
cum uenit in edificio existente denun-  
ciatio tenet: quod et si nullus ad edificio po-  
test aliquis esse presens et nunciationem  
audire et domino operis iudicare. uel  
sufficit in presenti nunciare. ff. e. ti. l. de  
pupillo. §. in. **I**tem denunciatio no-  
ui operis locum habet. siue fiat ibi do-  
mino siue paratorum eius siue seruo:

uel puero uel ipsi fabro qui edificat  
tamen in presenti et in ipso opere non  
tamen domino sed illis qui sunt ibi. ff.  
e. tit. de pupillo. §. nunciare. et extra. e.  
t. c. j. et h. ubi de hoc in glo. denunciatio

**I**tem huiusmodi denunciatio est  
semper non in personam. ff. eo. titulo. l.  
nouum operis. unde quecumque fiat nun-  
ciatio. dummodo in re presenti tenet  
C. e. ti. quilibet. alibi tamen facta que in  
re non tenet nunciatio. ff. e. t. de pupil-  
lo. §. si quis forte. **I**tem nec obstat  
absentia domini quando opus denun-  
ciatur. ext. e. t. c. h. in prin. dicitur ta-  
men nullius esse momenti quantum ad  
illa que sunt in opere antequam ipse do-  
minus redeat ad opus non enim om-  
nia que facta sunt post talem nuncia-  
tionem demolenda sunt. Sed illa post  
regressum eius et ad opus edificatur.

**I**tem denunciatio primo iurare de-  
bet quod non denunciatur ex calumnia. et  
habet iuramentum erigitur ab aduersa-  
rio auctore presente. ff. e. tit. l. de pupillo  
§. qui opus. **I**tem qui nunciatur  
monstrare debet in aliquo loco nouum  
opus nunciatur: ut sciat edificator ubi  
possit edificare et ubi sit interim absti-  
nendum. ff. e. titu. de pupillo. **I**tem  
qui nunciatur referre debet si quis ope-  
ris iam factum erat intestationes: ut  
sciatur quem postea factum. e. titu. non  
solum. Similiter modulus habere de-  
bet qui nunciatur ut probari possit quid  
postea sit edificatum ut in predicta le-  
ge. §. sciendum. **I**tem qui alieno  
nomine nunciatur necesse habet satisfacere  
re rem ratam dominum habiturum.  
ff. e. titu. l. quid iure. §. procuratorio.

**I**tem si nouum opus edificatum  
est domino inuito. uel si seruus edifica-  
uit sine iussu domini sui: tunc sufficit  
domino patientis prestare quod destrua-  
tur sine suis expensis. ff. pro ui aut dam-  
ni. l. si alius. primo respon. et l. denique. §.



ulti. & extra. e. tit. c. j. z. n. ubi de hoc in glo. sed quia. ¶ Item nouus opus de. nunciare potest qui libet cuius si edificatur in publico. ff. e. tit. l. in puin. ciali. §. vlti. ¶ Item usufructuarius de nunciare potest sed non dicitur. ff. de re mil. l. j. §. n. ¶ Item feruus potest denunciare noie dñi siue alterius. sed non no mine suo. ff. q. vi aut clam. l. iii. ¶ Item si ante quam edificatum esset aliquis ageret cum viduo ne alterius tolleretur edes. nec res defedatur. hoc facere debet prior vt ille p̄stet cautionem no pri ma edificare q̄ ultra agat ius sibi esse ff. e. tit. si puin. ¶ Item denunciatio non tenetur cautione recipere ab edificatore de ope demoliendo si statim vsq̄ ad tres menses vult pbare de iure suo. ext. e. tit. ca. ij. penul. & vlti. ¶ Item si q̄s post denunciationem sibi factam faciat nouu opus cauet de ope demoliedo. si appareat eum edificasse iuste & post ea edificet nisi opus nunciatis se offerat ad pbandu vsq̄ ad tres menses. C. de opis priuatis. l. vna. & ext. e. tit. c. ij. & vlti. ¶ Item denunciatio remitti potest. ex p̄se recepta. s. autide demoliedo. ff. e. tit. non solu. §. sciendu. Similiter q̄nq̄ remittitur tacite morte. s. vt in predicta. l. §. morte.

## Qualiter fiat denunciatio.

**N**oui opis nunciatio fit tribus modis. s. p̄ iactu lapidis p̄ p̄ba & p̄ p̄ tota iurisdictione p̄ iactum lapidis vt cum qdā qd no debet tunc p̄ba interuenire cū sic denunciatur alij dicitur posse tunc p̄ba interuenire: vt denunciatis si dicat denunciatio nouu opus p̄ iactuz lapidis. Similiter fit. solo verbo cum dico nuncio tibi nouum opus & p̄ h̄m̄di nunciatione edificas sit possessor. ff. e. tit. l. i. §. in opis. ¶ Item de nunciatio fit p̄ iactum lapillorum: tunc denunciatis possessor efficitur & retinet possessione

ff. e. tit. l. de pupillo. §. interesse. & ext. e. tit. c. j. z. n. ubi de hoc in glo. denunciatio. & de verbo. signi. ex parte. n. ubi de hoc. Similiter si fiat denunciatio per priorem vt in predicta lege. ¶ Item qui lapillum p̄icit & sic nunciat no pretendit signum timidi hominis effugientis sed audacis & possessione defendere volentis & ideo no amittit passionem & idē est cū quis priorem adijt per prelatum loquens euz audacia metis & dicit. dñe talis edificat in meo. faciat illum in continenti exire. alioquin iam videbitis quid fiet. vbi vero quis in humilitate verborum & cum timore proponit edificatori suadens in ornatu & politione sermonis. et per hoc ipsum mouere intendens vt de possessione ne exeat vel si in miseria et depreffide quidam supplicat & exorat. p̄ erdit possessionem vt dicitur in ext.

## De effectu nunciationis noui operis.

**N**oui operis nunciationis effectus est vt quicquid postea edificatus fuerit post denunciationem et ante remissionem vel satisfactionem de opere demoliendo iure vel iniuria: etiam si ius habeat edificandi totum debet demoliri. ff. e. tit. l. j. in pun. & l. prior. & §. aliquid prior. ext. e. tit. c. ij. vbi de hoc in glo. hoc sumptum est vnde familia sunt p̄tū ad hoc noui operis nunciatio & excommunicatio: quia vtracq̄ tenet siue iusta cā siue iniusta. siue fiat iure vel iniuria. rj. q. ij. §. j. z. c. infra. qz in nunciatioe spernitur auctoritas prioris & excommunicatioe vero obtentus est clauis. ¶ Item tot debent esse denunciationes & tot remissiones. quot sunt loca in quibus edificantur. ff. eo. tit. l. de pupillo. & §. in pluribus. & ext. e. tit. c. ij. vbi de hoc in glo. hoc sumptum est. ¶ Item alij effectus est vt si is cui nunciatus est nouu opus nolit defendere. s. tres mēses tras

## Summa monaldi

feratur in eum onus probationis. ff. c. si. l. si prius. q. spale est in hac ca. ext. c. si. c. vlt. r. C. de edict. priuatis. l. vlti.

**¶** Item effectus nunciacionis tollitur p remissionē exp̄ssaz. ext. eo. si. c. si. in p̄ ci. l. j. c. vlti. r. ff. de remis. l. j. Similiter p tacitā. ff. c. si. l. j. § post operis. r. l. non solum. §. mortem.

**¶** De noualibus.

**N**oualia dicuntur quorum nō ex-  
tar memoria q̄ culta fuerūt. sed  
mō ager est primo p̄cisus. ext. de p̄ bo.  
signi. c. j. r. ca. qd p nouale. r. ab istis no  
noualib' oēs religiosi sunt exēpti quā  
tum ad decimas nō p̄soluēdas. r. q̄ se  
mel fuit nouale semp̄ erit nouale. quo  
ad hoc q̄ decime non soluātur de tali  
terra. ext. de p̄uis. c. vlti. vbi de his in  
glo. sic q̄ p̄ nisi ecclia p̄obialis grauit  
ide ledat: q̄ tūc definit eē nouale. ar.  
ex. de bona. aplice. et de p̄ bo. signi. qd  
p nouale. vbi de hoc in glo. ergo a con-  
trario. **¶** Item nouitas induci absq̄ vt  
li cā. r. euidēri nō v̄z. ff. de legi. r. stipula.  
in p̄m. r. ext. de consti. cognofcentes. r.  
fl. di. quis nesciat.

**¶** De obedientia.

**N**agenduz est de obedientia in  
quibus consistat. et cui obediens  
dum. et in quibus.

**¶** In quibus cōsistit  
obediētia.



Obediētia consistit in  
tribus. scilicet in in re  
uerentia. iudicio. r. p̄ce-  
pto. Reuerentia debe-  
tur ei qui precedit ordi-  
ne vel antiquitate. sali-  
cer minor assurgat ma-  
iori nec sedeat. illo stan̄e. xcviij. disti. a  
subdiacono. r. c. nō oportet. et. ff. de al-  
bo scrip. l. j. Similiter vt maior p̄cedat  
r. minor sequatur in sedendo r. subscri-  
bendo vt in dicta lege. r. xvij. di. §. vlti.  
r. xvij. disti. bene quidem. Similiter in

consuetis r. in honestis seruitus facien-  
dis. extra. de malo. r. obedi. statuimus  
et. de consuetu. quoniam. **¶** Item obe-  
diēdiū est p̄lato r. reuerentia q̄siq̄ lū-  
cet consimile et non p̄cipere videatur.  
extra. d. era. r. qualita. ad aures. vbi de  
hoc in glo. hoc est consiliuz. r. de symo.  
monachus in sine. et. xvij. di. testimoni-  
um. **¶** Item obedientia iudicis r. p̄ce-  
pti debetur ei qui p̄est consecratione  
vel iurisdictione. nam al' sententia a nō  
suo iudice lata non tenet. ext. de clerici  
iudi. ac si. r. C. si non a p̄pe. iudi l. iudi-  
cis per totum. r. idem dicendū est in p̄-  
cepto quia subditus tenetur obedire  
p̄cepto p̄lari sui ex necessitate. vñ. q. j. qz  
frater. r. vij. q. i. quia scienduz. **¶** Item  
obediētia melior est q̄ victima. unde  
nullus p aliquo commodo vicium in-  
obediētie incurrere debet. ext. de ma-  
io. r. obedi. illud. **¶** Item obedire nolē-  
tes ex cōmunicandi sunt vsq̄ ad satisfi-  
cationem condignam. vt ab omnibus  
euitentur. vt ext. de malo. r. obedi. c. iij.  
in ecclēsis. vbi de hoc in g. o. ecce pena  
r. de regular. c. vlti. in sine.

**¶** Cui obediēdiū sit r. in quibus.

**O**bediendum est domino pape et  
si p̄cipiat aliquid graue. xix. disti.  
in memoria. r. c. di. contra morem

**¶** Item obedire debent omnes p̄nci-  
pales terre. ep̄scopi suis. extra. de ma-  
io. et obediē. omnes p̄ncipes. vbi d  
hoc. ergo p̄ncipes. r. c. solite. r. xvij. disti.  
duo sunt. **¶** Item obedire debent om-  
nes de certo ep̄scopi sui alioquin sunt  
excommunicandi. ext. de maio. r. obe-  
diē. si quis. vbi de hoc in glo. iustam  
r. sic. **¶** Item obedire debent clerici su-  
periori suo in omnibus que pertinent  
ad dominiū cultū vel ecclēsiasticam vt  
litate. vñ. q. j. quia super. **¶** Item obe-  
dire debent clerici r. etiam ep̄i p̄ncipi



seculari a quo regalia et temporalia recipiunt et tenent magis quam alteri prelato etiam archiepiscopo post omnem papam si mandatum principis fuerit aliorum prelatorum mandatum. extra. de ap. cum par. vbi de hoc in glo. arg. de qua excusaret de maio. et obedi. solite. Item quis superiori obediendum sit in mandatis licitis nullus tamen tenetur obedire in his que contra regulam suam vel contra iura. vel aliter contra dominam partem. et questio. iiij. non semper. et extra. de symo. ne ocl. vbi de hoc in glo. nam contra. Item licet obediendum sit prelato in his que spectant ad officium suum. non tamen in his que ad officium suum non spectant. ff. de regu. iuris. l. factum a iudice. argu. ff. q. i. factis. Item nunquam propter obedientiam maius est committendum. sed aliquando debet bonum quod agitur intermitteri. ff. q. iiij. quid ergo. Item cuius dubitatur an preceptum sit licitum aut illicitum in tali dubio debet subditus obedire. vbi dubitatio crassa sit et supina. ut si preceperet contra generalem statutum ecclesie et similia. vt. xxiiij. di. q. i. quid culpatur in ff. de i. q. iiij. quid ergo. et xxj. q. i. si cupis nam licet prelati peccet precipiendo illicitum non tamen subditus peccat quod probabiliter dubitat obediendo. xxxiiij. q. v. manifestum. et c. noluit. et extra. de iure debito. Item et si onerosum est quod mandatur obediendum est superiori. xvij. di. in memoria. Item in iusta correctio est propter bonum obedientie toleranda. c. di. propter morem. Item cum duo iudices precipiunt contrarium semper maiori est obediendum. ff. q. iiij. quid resistit. Item monachus magis abbati quam episcopo tenetur obedire. vt. l. di. ca. i. et h. clerici tamen magis tenentur episcopo quam archiepiscopo obedire. vt. iiij. q. iiij. per totum: nisi ne-

gocium sit archiepiscopum per appellationem transferri. extra. de offi. ocl. prudentiam in ff. Item si episcopus velit monachum in seculari ecclesia facere prelatum. et abbas predicat magis est obediendum abbati. ff. q. i. cum per utilitate. et c. monachum magister. et. lviij. ocl. i. et h. Si tamen esset magna utilitas vel necessitas tunc per superiores cogendus esset abbas ut monachus liceret in tali casu. xvj. q. i. si vere. et c. per utilitate. Bonif. Item episcopus non potest vocare monachum contradicente abbati suo ad monasterium suum: quia hoc solum papa. vt monachus vocet ad statum secum. vel clericus secularis. et. q. iiij. per principalem. et. vij. di. que contra mores. Item si episcopus alique religiosum vocet ad suum conuuium. vbi religiosus generalia statuta sui ordinis seruare non potest. non potest ire contradicente prelato. arg. ff. di. sicut non suo. et. xvj. q. i. si cupis. Item irregulares magis sunt stricti obedire prelati sui quam clerici seculares suo episcopo: clerici magis quam layci. ff. q. i. non dicatis. et. lxxj. di. priuatus. et extra. de officio ordinis. quanto. Item obicere nullus debet alteri quam ipse nolit obseruare. extra. de except. cum ecclesiastice. et de preben. per illorum. et de ap. an sit.

## De oblationibus.

**N**unc agendum est de oblationibus. Quot sunt eius species. Et cui sint dande: et an necessario sint soluende. Oblationum species sunt tres. quarum vna est alicuius rei donatio facta gratis inter viuos deo et ecclesie alia est rei donatio deo vel ecclesie facta causa mortis que hodie ad exemplum vel instar legatorum redacta vt idem iure sit in vtraque dictarum obligatio num. Instit. de dona. §. h. et §. bis. ff. q. h. qui abstulerint. Item sciendum est: quod donatio causa mortis cum quis

magis vult re si habere q̄ eū cui dōat. magisq̄ cum cui donat q̄ heredem suum. ff. de donatio. causa mortis. l. j. et instit. de donatio. §. ij. Quod autem dictum est donatio est oblatio deo vel ecclesie facta causa mortis. cum quis magis vult se habere. q̄ eū cui donat subaudi rem donatam vel se obligādo ne illa diffinitio contineat legata. Rud.

¶ Item quod dictum est ad instar legatorum dicendum est q̄ differentia est inter legatū et donatiōē cā mortis et in quibusdam quia legatus ab herede semp̄ traditur legatū vero vel donatio causa mortis quandoq̄ ab herede tradatur q̄nc̄ a testatore p̄ia i donatiōe cā mortis obligatur donās et nō in legato. p̄ia si q̄s accusat testat̄ falsum amittit legatū et nō donatiōē cā mortis. abs si ex aliqua causa rescindit testat̄. t̄ic et donatio cā mortis. hoc et q̄dā alia circa differentiā legatū et donatiōis causa mortis vocari solent. C. d. dona. cā mort. in summa. r. l. in litera

¶ Item tertia species oblationis est quidāna et vsualis quā faciunt ad altare vel plato ad manus sacerdotis parochialis vel ecclesie cōtēntualis et tales oblatiōes dande sunt sacerdoti tantū q̄ p̄ pctis offeruntur et ille tenetur orare p̄ p̄lo ex officio suo. vel si a l' ecclesie offerant plato eiusdem ecclesie vāde qua oblatiōes b̄m̄di. x. q. j. quia sacerdotes. r. c. hanc consuetudinē. r. xl. q. j. datos siue datoris.

¶ Si oblatiōes necessarie sint soluende.

¶ Oblatiōes gratis facte inter viuos vel causa mortis necessario sunt soluende et maxime oblatiōes mortuorū a deo q̄ qui nō soluit. sacrilegi iudicantur. x. q. ij. nulli. r. c. qui abstulerit. Sicut dicuntur egentius necatores et infideles et homicide. x. q. j. oblatiōnes. ¶ Item oblatiōes quidāne neces-

sario sunt soluende s̄m̄ s̄. et qui nō solunt debent excommunicari. de con. di. j. ois christianus. r. vi. q. j. statum. Sed hoc ca. intelligendū dicitur quidā de oblatiōe deuotionis vel aliorum bonorū operū vel de oblatiōibus inter viuos facta et causa mortis vt dictū est. ¶ Item nisi layci offerant vsuales oblatiōes potest sacerdos si pauper est subtrahere ipsi diuina officia: quia nemo cogitur suis stipendijs militare ext. de symo. cū sit. r. c. ad apostolicā. q̄ etiam dici potest de his oblatiōibus quas parochiani incertis et p̄cipuis festis cōsueuerint offerre et possunt cogi ad tenendum p̄iam consuetudinē nō a p̄bytero per officij subtractionē sed ab ep̄o cuius officij est in talibus implorandū. ext. de symo. ad apostolicā.

¶ Item non sunt recipiende oblatiōnes p̄ illis q̄ moritur publice in pctō mortali. ext. de incēdiar. sup̄ eo vbi de hoc. et de vsuris q̄ in oibus. ¶ Item oblatiō b̄ q̄c̄d ecclesie vel in decimis primitiuis vel al' in oblatiōib' quotidianis sacerdotis et in missis dat. ext. de p̄. signi. cū inter nos ad finem.

De obligatiōe q̄n tenet et q̄n nō tenet.

¶ Obligare potest aliquis sub pena anathematis vel sub pena ordinis sui. l. q. vj. quocū in prin. et de con. cratione. di. ij. ego berengarius. Similiter sub pena beneficii. ext. de elec. cum dilecti ad finē vbi de hoc et de sal. c. vi.

¶ Item obligat q̄s q̄nc̄ p̄ nuda p̄ba ext. de testi. iudicare. vbi de hoc. r. x. q. ij. q̄nc̄. ¶ Item quelibet obligatio p̄ q̄c̄ q̄ cas nascit̄ p̄ easde soluif. fallit t̄m̄ in voto baptismi et ordine. ext. de re. iur. c. j. vbi de hoc in glo. p̄t exponi. ¶ Item nullus d̄ se obligare nisi alio se obligare intēdat. ff. de actio. et oblig. l. obligatiōnū. et ar. ff. cer. per. l. si ego. ¶ Item obligatio facta per errorem nō tenet. ff. si quis. cant. l. sed et ff. y. l. ff. de fide



iuſſo. l. quis poſtquā. Similiter facta p  
vum vel metum. nō tener. ext. de reg. iu  
ris. q. p. tinoze. vbi de hoc. r. p. meus  
cauſa. c. j. ¶ Ite obligatio ſemel extin  
cta amplius non reuiuſcit. ff. de ſolu.  
l. qui teſ. §. arena. r. de con. di. queris. iij.  
¶ Ite obligatur dñs r. tenetur de ſcō  
p̄m in quantum peruenit ad ipſum. vel  
vbi ad ipſum peruenit. tenetur natura  
liter nomine illius ſerui. ff. de. vi. r. vi  
arma. l. j. §. ſed cum quis r. §. ſequenti.

¶ Item de facto familie ſue dñs nō te  
netur niſi mandauerit vel ratiū habuit  
p̄ factum eſt nomine ſuo. ff. de. vi. r. vi  
ar. l. ſed in me. ¶ Ite p̄m canones pōſ  
ſum habere ratum q̄ meo nomine nō  
eſt geſti. it. q. d. lugdunenſis de hoc hā  
bes ext. de reſt. ſpōſ. cum ad ſedē in glo.  
ſic patet q̄ primo. ¶ Item omnia nra  
facimus quibus autoritate p̄ſtamus  
vel impartimur. C. de veteri iure. eun.  
l. j. §. que in ſi. ¶ Ite obligata ſunt om  
nia bona mariti vxori ratione dotis et  
etiam ad paraſernalia extenditur. C.  
de pactis conuētiſ ſuper dotem. l. vlti.  
ſed non ad doſt. p̄pter nup. C. qui poſ.  
in pig. ba. l. vlt. in ſi. ¶ Item omnia bo  
na prelati ſunt eccleſie obligata. ſi male  
adminiſtrauerit ſicut r. res tutoris pu  
villo. C. quib⁹ cauſis pignus ca. de hoc  
habes. ext. de pign. ex litteris vbi hoc  
privilegium.

Qui dicuntur officiales  
episcoporum.

Officiales episcoporum dicuntur quibus  
episcopi vices ſuas committit ex.  
de inſtit. ex frequēti. vbi de hoc in gloſ.  
¶ Item officium duplex in eadez cau  
ſa. nō habere debet qz ſingula offi  
cia ſingulis p̄ſonis ſunt committēda ext.  
de teſt. in ſup. vbi de hoc r. iij. q. iij. c. j.  
et. ſi. ¶ Ite officiales metropolitanorum  
non debent interdicere ſuſpenderē. aut  
excommunicare ſuffraganeos quādiu in  
ſua p̄uincia vlt. circa illa extiterit metro

politanus. ſi tamen faciat. factū erit. qz  
multa fieri nō debent. facta iñ tenent.  
ext. de reg. iur. ad apoſtolicam. ¶ Ite  
officiales forane dicuntur. qui foris in  
dyoc. cōſtituuntur quos archieps in dyoc.  
ſuffraganei ſui cōſtituere nō poteſt niſi  
in caſibus quibusdam. ſed hoc ex cōſue  
tudine nō habet. ext. de off. or. romana  
eccleſia vbi de his in glo. b. c. voluit r. in  
alia foranea.

De ordinibus.

Nunc agendū eſt de ordinibus con  
ſerendis. r. primo de t̄pibus ordi  
nandorū r. qualitate. q̄s poteſt ordines  
conferre. De forma ordinandi. De cleri  
co ordinato p̄ ſaltū r. de ordinato mini  
ſtrante de ordinatis a ſyno. r. herenco  
et excoicatio. De etate ordinādoz. de ſer  
uis r. illegitimis natis nō ordinandis.

De temporib⁹ quibus ordi  
nes conferuntur r. de eo qui  
furtiue ordines ſuſcepit.

Ordines ſacri ex quatuor t̄pa anni  
conferri non debent alias. puniri  
debet ordinato r. ordinato a ſuſcepto  
ordine debet ſuſpēdi r. ordinato pote  
ſtate conferēdi p̄natur. ext. de t̄pibus  
ordib⁹. cum quidā vbi de hoc in glo. pri  
mo eis. r. c. ſane. ¶ Item p̄t cōferri in  
ſabbato. de ſciētēs p̄t̄bec. r. etiā in ſab  
baro ſācto ſm quofdā ſed ali⁹ dicit qz  
nec miſſa eo die cantat̄ niſi in ſero in  
veſpis. de cō. di. an. in ſabbato. ¶ Item  
ſumm⁹ p̄t̄ifer quolibet die vſico ſub  
dyaconatū p̄t̄ cōferre r. p̄gines confe  
crare ex. de t̄p. or. c. j. ¶ Ite episcopalis  
dignitas die vſico iñ cōfertur. xv. d. c.  
j. ¶ Ite duos ſacros ordines die vno  
vel vñi in ſabbato altez in dñico conſi  
nuato ieiunio null⁹ p̄t̄ cōferre r. ſi con  
trariū ſerēt cōferēs a collatione ſacer  
dotū r. dyaconat⁹ ſuſpēditur r. ordinat⁹  
ab excoicatioe offiij illi⁹ ordinis ſuſcepti  
eſt ſuſpēſus. ext. de t̄p. or. ſras vbi d̄ ho  
in glo. immo. r. c. dilectus. Ite ordines

## Summa monaldi.

minores omnes simul in diebus domi-  
nicis et alijs solemnibus festis ab episco-  
pis possunt conferri. sicut hodie obser-  
uatur de facto. ext. de tēp. or. de eo ubi  
de hoc in glo. sic videtur. b. ff. vbi qd  
non omnes simul conferuntur ubi scan-  
dalum est et consuetudo repugnat ar.  
ext. de clerico. coniu. cum olim: et de hoc  
habet in predicta glo. ¶ Item ordo cle-  
ricalis confertur etiam p ipsam tonsu-  
ram primā ext. de era. et quali. cum con-  
tingat. ¶ Item subdiaconatus in dñi-  
cis diebus conferri non potest nisi a so-  
lo papa vt supradictū est ¶ Item qui fm  
patrie consuetudinem receptis simul  
quatuor ordinibus minoribus subdya-  
conatum eodem die furtiue suscipit. po-  
terit vniuersalr in minorib' pmitri mi-  
nistrare tñ et si religionem intrauerit  
et bene vixerit. poterit si abbas dispēsa-  
uerit in alijs ordinibus ministrare ext.  
de eo. qui sur. or. suscipit. cum. b. latoz:  
sed si hoc fuerit prohibitorum sub excom-  
municatione. tunc potest episcopus vt  
in susceptis ordinibus ministrare dispē-  
saret si monasteriū intret dispensabit  
in suscipiendis postq in eo fuerit lau-  
dabiliter conuersatus. Sivero non fue-  
rit prohibitiū sub excomunicatione po-  
terit episcopus etiā cuz remanēre in se-  
culo post condignam satisfactionē tam  
in susceptis quam in suscipiendis ordi-  
nibus dispensare. ext. de eo qui sur. or.  
sus. c. j. ¶ Item si aliquis contra prohibi-  
tionem excomunicationis cā recepit simul  
duos ordines sacros non poterit cū eo  
etiā si religionē intrauerit in execu-  
tione ordinum episcopus dispensare.  
Similiter si aliquis minores ordines  
et subdiaconatum vel alius sacrū ordi-  
nem simul recipiat nisi de licētia sum-  
mi pontificis non poterit cū talibus di-  
pensari ext. de eo. qui sur. or. sus. dilec.  
¶ Item pena illius qui subdiaconatū  
cum minoribus ordinibus vel duos sa-

culos ordines simul vel alias cōtra cano-  
nicam ordinationem ordines contule-  
rit est de ipso si hoc fecerit ex certa scien-  
tia nisi dispensatiue hoc fecerit in casu  
sibi concessio. l. di. si in aliquo. r. lxxj. tan-  
tis. r. lxxij. di. c. vii. Sivero negligenter  
q: non examinavit vt debuit tñ debet  
privari potestate talem ordinem confe-  
rendi. r. xv. dist. qui ecclesiastica. r. i. q. ii.  
si quis episcopi. r. ext. de temp. ordi. l. i.  
teras. r. c. dilectus.

¶ Quis possit ordines con-  
ferre.

Ordines conferre possunt episcopi  
dyoces. clericis suis. alij aut episco-  
pi clericis alienis. et in dyocesi alienis  
ordinis conferre nō possunt nisi fuerit  
inuitati vt ad alias dyoceses accedētes  
ordinationes ibi debēt celebrare. r. q.  
ii. per totū vel nisi rogati fuerint p lit-  
teras cōmendaticias vt in suis dyocesi.  
clericos ordinent alienos vt. r. xj. di. c. ii.  
r. ii. di. per totum. ¶ Item in hoc casu  
non sufficiunt littere archidia. si episco-  
pus est absens ext. prouinciam suā nisi  
ordinandorū necessitas vel utilitas im-  
mineret ext. de offi. archid. signi. vbi de  
hoc in gl. et ita patet. ¶ Item si episcopus  
ordinis clericum alienū omīssa forma  
predicta et episcopus ordinis. ratas ha-  
bet ordinationē dñmodo alia canonice  
et pure sit ordinatus recipi potest ac  
executionem ordinis ex indulgentia o-  
dinarū. r. q. ii. lugdunensis. ¶ Item  
minores conferre ordines potest episcopus  
qui resignauit loco et dignitari. sed si re-  
signauit loco tñ potest cōferre sacris  
ordines si fuerit inuitatus et nō sit po-  
bibi' a papa vel eius legato ext. de epi-  
scopo qui resignauit eparui. c. j. et hē  
ant de licētia epi dyoce. alias debet de-  
poni taliter ordinatus. vñ. q. j. epius in  
dyoc. r. r. q. j. epius. ¶ Item abbates loco  
epi possunt cōferre tres minores ordi-  
nes. s. psalmistarū et lectoriarū: et possit



rsatum monachis suis et alijs pleno iure sibi subiectis et hoc in suo monasterio alius autem et in alio loco non debet abbas huiusmodi ordines conferre. si tamen contulerint conferunt characterem: hoc intelligendum est de abbatibus qui sunt presbyteri et quibus sunt impositae manus ab episcopo secundum morem presbiterorum abbatum. lxxv. d. c. j. r. h. ¶ Tres presbyter potest conferre psalmistam secundum quosdam. xxxv. dist. psalmistam unde. b. no. tavit. ibi quod simplex sacerdos potest conferre hunc ordinem quando vult in die dominico vel in alio die festo. dicit etiam quod in campania simplex presbyter et maxime archipresbyter conferit hunc ordinem Rud. Quidam autem hoc non consentiunt.

¶ De forma ordinandi.

Ordinandi forma hec est ut sacerdotibus diaconibus manus imponatur sed differenter quia cum presbyter ordinatur episcopus si omnes presbyteri qui ibi sunt manus super caput ipsius presbyteri ordinandi imponit. xxxv. di. presbyteri. cum or. diacono vero solus episcopus manus super caput ipsius ponit. vt. xxxv. di. diaconus et manus talis impositioni fieri debet tactu corporali ex. de sacramentis iterandis. c. vlt. vbi de hoc in glo. sacerdotibus et in alia gl. ap. s. r. c. j. in gl. simile. tamen manus impositioni omittatur in predictis nihil plus ministrat quam suppleat caute quod fuerat omissum statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos ext. de sacramentis iterandis. c. j. et vlt. r. l. h. d. c. j. r. xxxv. di. qui ecclesiasticus. ¶ Item subdiaconus cum ordinatur debet recipere calicem vacuū et patenam de manu episcopi. et aquam et vireolum et manutergium de manu archidiaconi. Similiter acolytus candelabrum cum cereo et viceo vacuū ab archidiacono. Similiter exorcista debet recipere librum exorcismi de manu episcopi

Similiter lector librum in quo lecturus est debet recipere de manu episcopi Similiter hostiarius debet recipere claves ecclesie ab episcopo. psalmista vero absque conscientia episcopi sola missione presbyteri officii cantandi suscipere potest. xxxv. di. presbyter. r. c. diaconus. r. c. subdiaconus. r. c. acolytus. r. c. exorcista. r. c. lector r. c. hostiarius. r. c. psalmista. ¶ Tres etiam si aliquid omittatur de forma ista nihil tenet ordinatio et generaliter dicitur quod non quod si aliquid est omissum de his que fieri debuerunt nihil est actus. xxxv. di. que episcopi. Sed quousque varie sunt de huiusmodi quorundam opinioniones. dicendum est tamen quod in his quibus non constat que sint de tota substantia. or. r. q. non inuenitur tamen in iure quod debet fieri intelligas omnia esse de substantia nisi inuenias iniure expressum quod non sunt de substantia. unde si aliquid de quo dubitatur utrum sit de substantia. fuerit omissum. potest ordo iterari ex toto. quasi nihil sit actum quia non intelligitur iteratus quod nescitur esse factum. xxxv. di. presbyter. et de con. di. solemnitates. si vero fuerit omissum id de quo expressum est quod non est de substantia non debet ordo iterari: sed quod omissum est statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos caute debet suppleri. ext. de sacramentis. iterandis. c. vlt. ¶ Item expressum est iniure quedam non esse de substantia ordinis conferendi. tempus ext. de tempore. or. sane. Similiter etiam. lxxv. di. subdiaconus. r. c. in veteri. Similiter unctio ext. de sacramentis. vnc. c. j. in fi. r. d. sacra non iterari. c. j. Sicut manus impositio episcopi super presbyteri et diaconem ordinandi vel quod a proprio episcopo recipiat ordinem vel quod recipiat singulos servatis debitis circumstantiis. tamen simul non est substantia. ext. de sacramentis. iterandis. c. vlt. et de tempore. or. quod translationes. r. c. lras. r. viii. q. ii. lugd. Item sunt quedam alia de quibus nescitur utrum sint de substantia vel non

fit missa. b. th. notauit. xxy. di. ordinationes Sed etiā sacerdotialis et episcopalis ordo potest conferri absq̄ missa. s. hoc fieri nō debeat Similiter notauit. xxy. di. c. p̄ a patribus q̄ prius conferre potest ordines et accipere q̄ licet aliud sacramentū ibi tamē dicit q̄ sacramentum altaris non conficitur nisi a ieiunio ar. de con. di. ij. liquido. Sed in hoc ultimo non est opinio eius tenenda.

¶ Item. ix. ordines sunt s̄m quosdā. s. v. nō sacri. et quatuor sacri. minores nō sunt sacri. s. psalmista. hostiarius. lector. exorcista. et acolitus. maiores sunt. subdiaconus. diaconus. et presbiter. et eps alij autem dicit. vñ. esse tñ. negant etiā psalmistā et episcopū ordiñ. esse ar. lxxvij. di. illud. opinio prima probatur expresse. xxiij. distin. psalmista. xij. di. seriatim ext. de eta. et quali. cum cōtingat de presbitero non baptisato ueniens. et. lxxvij. di. c. ij. et. xxy. di. clericos.

¶ De clerico p̄ saltum promotus de non ordinato ministrante.

Ordinatus per saltū si vno vel pluribus ordinibus p̄termissis aliquē superiores ordinē recipiat: s. caracteres habeat. Debet tñ de rigore iur. deponi. et si ex maleficia fecit. nō potest cum eo episcopus disp̄sare Sed si ignorāter hoc fecerit potest de iure agi secum nec conferatur ei ordo obmissus ext. e. t. c. tue. vbi de hoc in glo. et nihil casu isto et. lñ. d. sollicitudo suspensus est tñ quantum ad superiores ordinis executionē. xlij. di. si cur olim. potest etiā s̄m quosdam ad superiores ordines p̄moueri cū hoc non inueniatur p̄bitum Rud. ¶ Itē potest laicus ordinem sacerdotalem recipere alijs ordinibus p̄termissis secū quosdam vñ modo sit baptisatus. qz ex quo est baptisatus. susceptilis est cuiuslibet sacramenti. cum baptismus sit is-

et. C. de appella. l. si factor. et ff. an per alium cause ap. l. vna. ¶ Item procuratoris contumacia et confessio nocet domino et ignorauit ext. de sen. et re iudi. suborta et ut lite non confiteatur. in fi. vbi de hoc in glo. et hoc loco. ¶ Item dolus procuratoris nocet domino ff. de tribu. l. procuratoris quod si procurator committit dolum in causa. tenetur domino de dolo. et culpa. et dominus de hoc potest agere contra eum. C. man. l. procuratoribus. ¶ Item procurator cum sit sufficienter institutus quod ad agendum et defendendum et rindendum ext. de dolo. et contu. c. vlti. vbi de hoc et de cura. ca. j. et c. accedens non debet omittere competentem exceptionem. ex parte rei. ff. man. l. denique. et l. si fiducioso. si rui. ¶ Item negligentia procuratoris domino imputatur qui talem instituit. ff. de minor. l. quod mandato. et ar. ext. de offic. deleg. cum olim. ¶ Item procuratoris factum nocet domino maxime si fines mandati excedat domino sciente et non contradicente. scilicet si ignorante. C. e. titu. l. si procurator et ext. ut lit. non confiteatur. c. j. vbi de hoc in glo. ex hoc loco et de causa potest olim si posita ratio a domino habebatur: tenet quod factum est et si fines mandati excedat. ext. de of. deleg. cum olim. j. vbi de hoc in glo. et hoc videtur quod similiter si nullum habet mandatum tenet per rationabilis rationem domini. ff. de iud. l. licet verum. ¶ Item potest occurrere procurator ad iteresse quis non habuerit sufficientes mandati postquam se obrulit defensionem alienam. ff. e. l. paucius. et est arb. per tuas. ¶ Item plures habentes necesse habent dare iuramentum procuratori in causa ne actio in eodem modo efficiat vna defensione dividat in plures. ff. iudicat. sol. l. ita est. §. si tui. et ff. de exercito. l. ne in plures. Item si duo relictus sunt ab aliquo super omnibus rebus tuis alter ab altero non potest exigere sine speciali mandato. ff. e. l. l. d. duos. ¶ Item super questionibus responsalibus procurator constitui potest ab utraque parte. et c. et c. accedens. ¶ Item procurator non potest offerre

vel recipere iuramentū sine speciali mā  
dato. ff. de iurciu. l. i. iururandum. §. p  
curator. ¶ Item procurator licet non  
possit prorogare cām de re ad rem po  
test tamen prorogare de tempore ad  
tempus. non est em̄ ci datum vt conse  
stim agar. ff. e. tit. l. qui procuratorem.  
Similiter potest prorogare mandatus  
ad id qd est pprie mandatum. extra de  
elec. in causis 2 de renū. post translatio  
nem. Similiter prorogat ad ea que p  
pcuratoria sunt ad mandatum. ff. e. titu.  
l. ad rem mobilem. et. l. ad legatum Si  
militer ad accessorium siue ad sequelas  
de his babes. extra de offi. dele. cum oli  
in glo. ex hoc videtur qd sit. ¶ Item licet  
mittere possit vir procuratorem si agit  
contra vxorem adulteraz ad separatio  
nem thori tuz quia agit de crimine nō  
tamen criminaliter. xxxij. q. j. de benedi  
cto. Si tamen agat contra vxorē adul  
teram ad penā sanguinis coram iudice  
seculari non per procuratorem: sed per  
se presētē accusare debet 2 ad penā tali  
onis se obligare: quia in causa crimina  
li cum criminaliter agitur. procurator  
interuenire non potest secus si ciuilit̄  
agitur etiaz in causa criminali extra. e.  
titu. tue in fi. 2. h. q. ix. c. j. 2. C. de ad vlt.  
l. quis adulteri.

#### De effectu pcuratoris.

**P**rocuratoris siue pcurationis ef  
fectus est vt rarus sit qd cum offio  
actum esset nisi postmodum appareat  
eum fctm vel reuocatum fuisse vt dicitur  
c. 5. vel aliquid aliud ppter qd reddat  
iudicium retro nullum. extra. eo. titu.  
ca. 1. 2. ff. de iud. nō idarco. §. cū postea.

#### Qualiter potest quis psteri.

**P**rosteri quis potest in manu epi  
xxvij. q. j. induitatis. Similiter in  
manu monachi et super altare extra.  
qui clerici vel vouan. insinuante 2 cap.  
consuluit. Similiter 2 coram sacerdote  
per benedictionem ipsius. xxvij. q. j. sciē

dum 2. xx. q. j. vidua de his r̄ de in  
cratu de noto. ¶ Itē homines vni  
proffissōis in officio vel collegio vno  
ciari non debent quia in asino et bo  
non est arandum. xvij. q. viij. in noua.

¶ Item professio expressa est que fit  
verba fisci statutum ordinis 2 forma  
tacita est autē que fit p receptionē  
bitus professoris 2 per hoc qd iuramentum  
inter regulares legit et canrat sicut p  
fessi. 2. c. omia. facit et perinde ac si fac  
set expressam professionem mō obitan  
te si dicat se simulare habitum po  
se extra dextra de parte vbi de hoc. 2.  
vidua.

#### De protestatione.

**P**rotestatio ab initio facta dicitur  
intelligit donec reuocata fuerit  
tacite vel expresse. xxxj. q. ij. lotbarus.  
ff. de leg. iij. l. si qd in prin. ¶ Item pro  
testatio de vi vel metu illata vel infer  
dum valet 2 tenet et ppter metū om̄  
sa non obediēt. ff. de rebus cre. leg.  
raliter. §. ecce. et. xxxj. q. ij. lotbarus.  
extra qd metus cā. c. j. vbi de b. ¶ Item  
protestatio quando est contra substa  
tiā rei vel facti non valet. extra de con  
stit. cum. iij. seria. Similiter si pro  
facit contra protestationes extra de  
stitutio. cum. iij. seria. c. j. 2 de ap. sobi  
tudinem et de censibus olim causa  
faceret illud et certa et legitima causa  
extra. qd metus caus. per latū. ¶ Item  
protestatio facienda est quando aliquid  
aduocantur ad ea in quibus ius nō ha  
bent. vij. q. j. p̄difices. xxij. distinctio  
presbytero.

#### De prohibitione 2 pcesso.

**P**rohibito aliquo prohibetur con  
ne id propter qd deuenitur ad  
lud. ff. de spon. l. omnino. et extra de p  
cura. tue. vbi de hoc. ¶ Itē prohibiti  
videtur qd non est concessum. ff. de con  
l. j. in prin. 2. xvij. q. ij. habiturum. 2.  
q. ij. conquestus. sed r̄. ista locuz dicitur



iudicis stricti iuris. quia quicquid astricti  
 gen de obligationis causa dictum est ni  
 si verbis exprimat omisum intelligi  
 tur. ff. de ver. obl. l. quicquid. Similiter  
 locum habet i arbitris. ext. de arbitris  
 cum dilectus. 2. ff. de ar. l. sicut dicitur. §.  
 plen. Similiter in privilegia sicut di  
 ctum est. Secus tamen est in iudicis bo  
 ne fidei quia illi omnia intelliguntur esse  
 concessa et venire in iudicium nisi exp  
 se prohibeantur. ext. de causa posses. c.  
 ecclesia. et. ff. de iudicis solenis. Simili  
 ter secus est i beneficiis que largissime  
 sunt interpretanda. ext. de privi. olim.  
 et de dona. cum dilect. in fine. Similiter  
 secus in absolutionibus. ext. de senten.  
 exco. nuper. ¶ Item concessa intelligit  
 que prohibita non inveniuntur expresse  
 xxx. q. iii. illud. 2. q. iii. q. spirituale. 2. v.  
 dist. ad eius. 2. ff. de procur. l. mutius. 2.  
 ff. de test. l. i. sup hoc. consuevit dici. q. si  
 constitutio privilegiata fuerit affirma  
 tive concessum intelligitur q. prohibi  
 tum ibi non reperitur de hoc. xxxi. q.  
 i. deus masculum 2. ca. quasi si dormie  
 ra. Si vero fuerit negative privilegia  
 ta expresse semper intelligitur prohibi  
 tum maxime ubi fuerit eadem ratio ni  
 si inveniatur concessum. de hoc. xxii.  
 quest. v. si non licet. nam cum tra liceret  
 si iura non vetarent de predictis habes  
 extra de transla. interlocutoria in glo.  
 ar. q. non est concessum. ¶ Item quan  
 do aliquid prohibet vna via altera via  
 non debet admitti. C. ne mancipium  
 veniat. l. vlti. et ext. de procura. tue. vbi  
 de hoc in glo. q. esset. arg. contra. iiii. q.  
 iii. §. serui. neg. ¶ Item prohibetur ali  
 quod quod non quia ipsum malus sit sed  
 quia inde malus sequitur vel prosequit  
 ur. dist. denig. 2. xxxvii. di. io. ¶ Item q.  
 quis in sua persona facere prohibetur  
 illud per subiectam personam exercere  
 vel facere non debet. ff. de admini. regu  
 la. ad tnu. parti. l. ii. §. i. ¶ Item q. meo

nomide facere non debeo: nō debeo il  
 lud facere nomine alieno. xlv. dist. sicut  
 non suo. 2. xxiii. q. vlti. hys a quibus.

¶ De promissione.

¶ Promittens alicui facere navem  
 vel aliquid simile per seipsum nō  
 potest illud facere per alium sine cōsen  
 su illius cui promisit. q. i talibus indu  
 striam parte electa esse videtur. ff. de so  
 lu. inter artifices. ¶ Item pmisisti mi  
 hi facere domum. i. temp' 2. tñ distuli  
 sti q. i. tempus statutum fieri non pōt  
 possum agere contra te licet adhuc nō  
 transierit totum tempus quia inde est  
 ac si transierit totum. ff. de ver. ob. si ira  
 stipulatus. ¶ Item si promissisti alicui  
 solvere pecuniā vel aliquid aliud certo  
 loco si non solueris teneris ad interco  
 se illi cui promissisti. ff. de eo qui certo lo  
 co. l. ii. et ext. de offi. deleg. p. 2. g. vbi de  
 hoc. ¶ Item si quis pmittat ne illa ex  
 cepta deserti iudicii obiciatur nō valet  
 ff. cautio. l. sed 2. si quis. §. p̄tum.

¶ Quid dicatur pubes 2. pubera qd  
 prudentia.

¶ Pubes dicitur vir post quartum de  
 cimum annum femina post. xii. Simi  
 liter pubes vocatur ille qui potest filios  
 generare quia pubes a prudentia corpo  
 ris nūcupatur puer pera vero vocatur  
 que in annis puerilib' parit ext. de spō.  
 impu. puberes vbi de hoc. ¶ Item pru  
 dentia quandoq. dicitur carnalis con  
 cupiscencia. ar. xxxii. q. ii. non enim ali  
 quando appellatur milicia. ext. de spō.  
 impu. de illis aliquādo doli capacitas  
 ext. de delic. pu. plus de his habes. ext.  
 de spon. impu. c. vlti. vbi de his in glo. j.  
 carnalis.

¶ De prorogatione qualiter fiat.

¶ Prorogatio fit de re ad rem. puta  
 datus est iudex. vel arbiter. p vna  
 re tñ si tamen consentiat pres et iudex  
 potest etiam super alia re iurisdictione p  
 rogari. ff. de iudi. l. de qua re. §. i. et. ext.

## Summa monaldi.

de of. deleg. c. olim. j. vbi de hoc. ¶ Item prozogatio iurisdictionis delegati fit de persona in personam inuita altera parte. et contra illud q̄ habes ext. de offi. deleg. p. r. g. sed hoc est speciale in odium illozom. quia eis inuitis hoc fit cuz als prozogatio de consensu partium fiat ext. de offi. deleg. de causis. r. ar. ext. de alie. in. mu. causa fac. capitu. j. vbi de hoc in glo. transferendo. ¶ Item de tempore ad tempus. vt si pape mandat causas j. certus tempus terminari illo elapso expirat iurisditio nisi tempus de consensu partium prozogetur et hoc iudicis autoritate ext. de of. deleg. de causis vbi de hoc. et. ff. de iudicis. l. ij. §. sed et si iudex et etiā in hōdi requiritur triplex consensus. s. vtriusq̄ partis et iudicis. Similiter arbitrium prozogatur. ff. de arbi. j. dicit proferre. r. l. si arbi. ex com. promisso et si arbi. fuit in mora cōpellitur finito tempore interim suscipere arbitrium. ff. de arbi. si cū dicit. j. rñ. ¶ Item prozogatur iurisditio de vno iudice ad alium. C. de iur. capitu. in. l. j. et hoc prozogatio que fit in iudicē alicui fieri debet ex certa scientia et non per errorem. ff. de iurisdictioni. l. super errorem. r. ff. de iud. l. j. r. h. in. princ. r. hoc intellige vbi ille in quem partes prozogant iurisdictionē habeat ordinariā als non quā consensus priuatorum eum iudicem nō facit. qui nulli iudicio p̄est. vnde in iudicem delegatum prozogari non potest. C. de iurisd. om. iudi. priuatorum. ¶ Item progare non possunt in se clerici iurisdictionem secularē q̄ tumlibet consensu nec etiā alterius iudicis ecclesiastici nisi de licētia ep̄i sui ext. de foro compe. sig. r. c. si diligenti in quibus de hoc

De purgatione canonica.

**N**unc agendum est de purgatione canonica quid sit. cui fit iudicēda et qualiter. Quis n̄eris compurgato

rum. et an purgatus possit super eorū rim accusari. De pena deficiētis in purgatione.

Quid sit purgatio canonica cui fit iudicēda r qualiter.

**P**urgatio est de obiecto criminis innocentie ostensio. ¶ Item purgatio indigenda infamato apud bonos graues de crimine vndecunq̄ criminosa oriatur nisi probetur q̄ sit a malis orta. quia tunc non esset inquisitio faciēda nisi scandalum esset orumvnde ext. de accu. qualiter et quando. n. vbi de hoc in glo. si constaret. et ar. de p̄ca. accedens. ¶ Item purgatio canonica quous generaliter ratione criminis iudicatur: interdicitur tamē aliquando ratione defectus natal. ext. codes. rim. accedens. Similiter propter surreptionem ext. de of. or. ex parte. ¶ Item videtur purgatio in causis iure ciuilibi scdm quosdam. ar. ext. de sentē. r. re. in di. quo ad consultationem fm vnan lecturā. ¶ Item purgari debent moniales de libidine. vel infamia si aliquid potest illud probari per testes. ext. cōtitu. moniales. Similiter ordinandū si est infamatus q̄ sit filius sacerdotis vel similiter purgare se debet ext. codes. titu. accedens vbi de hoc in glo. et quō. Similiter si laycus est infamatus de criminibus que ad ecclesiasticum iudicium spectant vt de adulterio heresi et similia compellendus est coram ecclesiastico iudice se purgare. ext. codes. rim. in. vbi de hoc in glo. vnde etiā nullus ar. de iud. nouit. et de heret. ex comm. nicamus. §. adicimus. ¶ Item regularis est q̄ infamatus apud bonos et graues vndecunq̄ orta sit infamia de criminibus modo nō a maliuolis etiā si nullus appareat accusator se purgari est compellendus ext. e. r. nos inter. vbi de hoc in glo. vel ē nullus. r. c. cū dilectus filius. vbi de hoc in gl. vel etiā nullus. r. c. cū



dilectus. nota q̄ dicit. r. h. q. v. si miles. et. c. presbyter. ¶ Itē purgationis forma hec est. q̄ infamatus iurabit se im̄munē esse a crimine quo infamatur et q̄ nec per se. nec per submissam p̄sonā nec aliq̄s. p̄ eo se sciente cōmiserit illud deinde cōpurgatores iurabūt sup̄ sc̄rā dei euangelia. q̄ ipsi credunt cum v̄z iurasse. ex. c. r. quotiēs. r. c. vlti. in fi. vbi de h̄is in diuersis gl. als aūt nō debet deponere purgandus ne anceps periu r̄i subiret. ff. de illicitis. iura. l. videam. et. ff. de regula. j. annotarium. l. marcellus. ¶ Item aduena infamat⁹ purgare se potest p̄prio iuramento si als cōpurgatores habere nō p̄t si vero bonos laycos potest habere ad se purgandum recipi debent. ext. de accu. cum p. vbi de hoc in glo. arbitrari. n. est de iur. reiu. c. vlt. ij. q. j. in primis. r. ff. de h̄is. q̄ no. infra. furti. l. accipe. §. iustu. ¶ Itē de heresi infamat⁹ purgare se debet h̄m arbitriū ep̄i sui. r. abiurare d̄s heresim de qua est infamatus. ext. e. titu. inter. ad fi. vbi de hoc in gl. qui. n. cit. et de hereticis. ex cōmunicamus. §. qui autes. r. ca. ad abolendam.

De numero purgatorum an purgatus sit sup̄ eo iterum accusandus.

Purgatorum numerus est. vt ep̄s purgetur cum. xij. sui ordinis. sacerdotes. cum. vij. dyaconus cum tribus h̄. q. cum omnib⁹. r. c. si legitima. r. c. presbyter. si a plebe. vnde versus. pontificē parui manus purget duodena. Sexta sacerdotem leuitam. tertia purgat maior maior. minor est adhibenda minor. Quem plebs. accusat purgabitur in manifesto. Quem thorus aūt thorus sua sit purgatio p̄fecto. vbi. n. contingit malum. vbi moriatur. h̄. q. j. si peccauerit. ¶ Item iudicanda est purgatio q̄n̄

cum pluribus. quandoq̄ cū pauciorib⁹ sc̄m maioritatem et minoritatem criminis. p̄pter visum fuit imponentiar bitrarius c̄m est nūerus purgatorum. h̄. q. v. presbyter. r. ext. eo. titu. circa medium vbi de hoc in glo. ibic. extenditur r. c. cum iuuentute. ¶ Item compurgatores debent esse bone fameita q̄ v̄t simile sit eos peccare nolle r. q̄ ab ecclesia tollerentur r. q̄ votum habeant cōuersationem purgandi tam preteritaz quam modernam ext. eodem titu. cum p. r. c. cum dilec. j. vbi de hoc in glo. ex h̄ presumitur r. c. constitutus. vbi de hoc in glo. q̄ sit. r. c. inter. ¶ Item purgatio a suo non iudice in dicta non valet nec fidem facit ext. de consue. ad audientiam. et de offi. deleg. l. uer. ¶ Item purgare se debet cui probat crimen in modum exceptiōis. Si apud bonos e graues remaneat infamatus. ext. eo. titu. inter. vbi de hoc in glo. ar. q̄ ille. Similiter sic infamatus ante purgationem non potest promoueri. ext. de testi. testimonium vnde licet exceptio nō infamat. ext. de ordine cog. cum dilectus in fi. tamen infamati opinionem sigillat vt. ff. de doli excep. l. apud celsum. §. ad uersarium de h̄is habes in dicta glo. arg. q̄. ¶ Item purgatio iudicanda est super h̄is t̄m de quibus est aliquis infamatus nec inquisitio nec testium receptio ad alia debet extēdi ext. de accu. inquisitionis. §. j. vbi de hoc in glo. ex hoc habes r. c. qualiter et quando. j. in fi. vbi de hoc in glo. super h̄is. ¶ Item purgare debet se episcopus infamatus de symonia cum tribus episcopis r. iij. de abbatibus. s̄ primo debet iurare q̄ nec per se nec per alium simoniacum se sciente recepit ext. eodem ti. quotiēs. ¶ Item ingenuus et nobilis infamatus debet cum. xij. ingenuis hominib⁹ purgari nisi sit periurus. vel latro vel falsarius. quia t̄m sicut aliq̄ tales debet

purgari quia propter timere perdidit nomen dignitatis ext. e. t. c. j. vbi de his in diuersis glo. ¶ Tres purgare se pot quis cum clericis ordinis inferioribus in casu. et si alij sint inimici eius et conspiratores tunc potest se cum laicis et etiam cum feminis purgare arg. xvij. q. ii. in dicta. et ii. q. v. si legitima. ¶ Item si actione precedente purgatio interdicit iterum super eo accusari non potest secundum quosdam ext. de accus. de his et. xvij. q. liij. si de illis. ne de eius bonis delicto sepius queratur. ff. nau. cau. sta. l. licet preter quam in casibus. ff. de p. uari. l. iij. et ff. de accus. b. d. cui. §. hndem secus si nulla precedente accusatione qua tunc poterit post purgationem denuo accusari. ar. h. q. v. habet hoc proprium et ca. meremur. ¶ Item post punitam purgationem admittitur accusatio. qz post penitentiam quis accusatur. xvij. q. ii. ammouere. Similiter post absolutionem indicitur purgatio. ita ut videatur post purgationem eius accusatio admittenda. arg. ext. de accus. venies. ¶ Item alij dicunt quod siue precedente accusatione. siue non purgatio iudicatur purgatus de eodem non poterit iterum accusari quia sacramentum est maioris sententie. ff. de iurciuran. l. iij. Si militer iuramentum fide bona tractu actionem popularem consumit. ff. eo. tit. cum qui. §. in popularibus de purgatus non potest iterum accusari super eo super quo se purgauit. nisi accusans suum dolorem prosequatur. doceat quod se ignorasse purgationem indicit arg. ff. de accus. l. si cui. §. his. et ext. qui matrimonij. ac. pos. c. in tua. Similiter si velit probare purgatum deierasse quod fieri potest. ff. de iurciur. l. admonedi.

¶ De pena deficientis in purgatione.

**P**urgandus in purgatione deficientis puniri debet sicut cum quis

conuictus punitur de crimine de quo impetebatur considerato modo agendi. unde si agebatur per modum accusationis de crimine et deficiente accusatore purgatio iudicatur si purgandus deficiat deponitur. ext. de symon. de hoc purgatus casu inter in fi. ¶ Item si crimen imponatur in modum exceptionis contra aliquem ut a suo beneficio excludatur defectus purgationis de crimine sic proposito exclusionem a beneficio inducit. ext. de accusa. accedens. ¶ Item purgandus si in purgatione fecerit pro conuicto habetur ac si de crimine esset probatum. ext. eo. ti. ca. p. vj. et c. inter de symonia de hoc. et c. in nuatum. vbi de hoc et de accusa. accedens. ¶ Item suspendere potest episcopus in famatum de crimine enormi ab officio et beneficio si scandalum est ortum vide etiam antequam purgetur. ext. eo. ca. inter circa p. in. vbi de hoc in glo. quod dicit quod infamati et c. et tuarum. ¶ Item purgatio iudicanda non est in crimine notorio. vel quando accusator afferit se ad probandum. extra. eo. titu. ca. h. et c. cum dilectus et c. si quis. h. ¶ Item si quis iudici tantum est suspectus non est propter hoc compellendus ad se purgandum nisi fuerit coram eo accusatus et accusatore non valente probare reus remaneat suspiciosus et infamis apud episcopum et tunc poterit sibi purgationem indicere. h. q. v. omnibus et arg. ext. de accusa. venies de ista materia require de fama in tractatu de inquisitione.

¶ De purgatione vulgari quid sit quae pro habita est et quid valeat.

**P**urgatio vulgaris est que auulgaris seruatis. vel fratri de panis et calci monomachie et c. huius. ff. eo. titu. per titu. iij. quest. v. monomachiam. et c. memnam. et c. cōsiliuisti. ¶ Item pur



gatio ista prohibita est reprobata et ma-  
ledicta tunc quia inuenta est dyabolo  
suggerente cum inuidia fabricante, tñ  
quia a sacris canonibus generaliter p-  
hiberetur. h. q. v. in vna et ca. mennam.  
et ca. consuluisti. Similiter q- deus i ea  
temprari videtur. ext. eo. ti. ca. vlti. Si-  
militer quia plerumq- innocens con-  
temnatur ext. eo. titu. significantibus.  
Item purgatio que fit per aquam fri-  
gidam vel ferrum candens vel per du-  
ellum et similia non valet nec fidem fa-  
cit sed est penitus reprobata. ext. de purg.  
ca. ex narum vbi de hoc in glo. bec pur-  
gatio. et de purga. vulgari quasi per to-  
tum. Item quia sententia expurga-  
tione vulgari dictata lata est contra ius  
scriptum et nulla est. h. q. vi. §. diffinita.  
ver. si sententia. et C. de senten. et inter.  
in. l. prolatum retractanda est senten-  
tia talis maxime veritate comparata.  
ff. de condic. sine causa. l. si fullo. Item  
episcopi abbates et similes qui huius iu-  
dicia ferri candentis et similibus faciunt  
aut fieri permittunt in curijs suis non  
excusantur amor tali peccato cum ta-  
lia sñm vetera iura et noua prohibita sunt  
vt superius dictum est et ext. ne clerici vel  
monachi senten. in si. maxime episcopi  
et abbates a quibus huius ius ignora-  
re. non licet vnde hoc in publicis pre-  
dicationibus debet insinuari modeste  
tamen et quasi per modum compassio-  
nis maxime in illis locis vbi sint aliqui  
qui hoc ignorat esse peccatum respon.

**De questionibus regularium  
questionibus.**



Questiones si due sint prin-  
cipales et sint ambe ciui-  
les: que primo proponit.  
primo tractatur in vna  
sententia terminatur. ext.  
de ordi. cogni. cum dile-

ctus. et ca. tuam vbi de hoc. Item que-  
stio ciuili primo tractanda est qua cri-  
minalis et questio incidens quandoq-  
primo qua principalis. in. q. ix. §. si cri-  
men de hoc habes. ext. de ordi. cogni.  
tuam in glo. et hoc loco. Item que-  
stio incidens dicitur que competit reo  
ante litem contestata argu. ext. de or. cog.  
ca. j. vbi de hoc. Item questiones de  
spoliatione quando debeant simul tra-  
ctari et quando non et quomodo pceda-  
tur circa huius habetur in glo. ver. ext.  
de ordi. cogni. c. vlt. qui eum perit resti.  
Item questiones clericorum non ad-  
mittantur nisi abbeat litteras aposto-  
licas vel episcopi illius loci. vt nunc non p-  
ponat vltra qua contineatur in forma  
litterarum suarum. Item huius que-  
stiones debent esse honeste et discreti. qui  
nec in tabernis nec in locis in honestis  
hospitentur: nec inutiles faciant expen-  
sas. ext. de pe. et re. cum eo alioquin per  
episcopum puniantur. ext. de priuileg. ex-  
tiorum vbi de hoc in glo. sic ergo videt

**De raptoribus.**

**Quid agendum est de raptoribus  
quis dicatur raptor: que ei pene.**

**Quis dicatur raptor.**



Raptor dicitur duo-  
bus modis. scz rae-  
ptor regulare et ra-  
ptor hominum et  
maxime raptor se-  
minarum proprie  
autē dicitur rapi-  
na regulare et ra-

ptus mulierum. et maxime virginum.  
Item rapine criminum committi-  
tur cum quis per violentiam vi et aper-  
te res alienas vnde cumq- excepto loco  
sacro vel re ecclesiastica. quia tunc com-  
mittitur sacrilegium. ext. de re. iudica.

## Summa monaldi.

que multociens vbi de hoc. de hoc. **¶** Item de in tractatu. de sacril. **¶** Item rapina quandoq; fit cum armis aliquando sine armis quorum diuersa est pena vnde de sciendum q; omnis raptor est fur s; non conuertitur quia nullus improbi or fure. quā qui vi rapit litit. vi bo. rap. in punci. **¶** Item raptus mulieruz nō solum cōmittitur in virgine cum ipsa puella violenter rapitur vt in perpetuū teneatur. Sed etiaz inuidua et scimol. xxxv. q. ij. raptores. et in litit. de publicis iudi. s. item lex. **¶** Item raptus dicitur non sol. cuz puella ipsa rapitur violenter etiam sed cum non ipsa rapitur violenter. sed vsus eius ea prohibente violenter vsurpatur. xxxv. q. j. s. ex hac. **¶** Item tunc demum committitur raptus. cum ipse raptor nō primo despō. sauerit ipsam puellam. xxxvj. q. j. c. lex illa. et q. ij. de puell. et c. si quis virginē. s; m leges. Sed raptus s; m canones non cōmittitur rapina in propria sponsa sed cōtrarium s; m leges. C. de rap. virg. l. j. circa medium et ext. de rap. cum causa vbi de hoc in glo. s; m leges. **¶** Item raptus non est quando puella rapit cōsentit. ext. eodem titu. cuz causa. Similiter rapta potest contrahere. cum raptoze si velit. ext. e. r. acceden. vbi de hoc in glo. s; m antiquos. **¶** Item yfidorus generaliter accipit raptum p; quolibet illi ito coitu. xxxv. q. ij. raptus. est illicitus coitus. a corrupendo dicitur. **¶** Item nota q; aliud est fornicatio aliud stuprum. aliud adulterium. aliud incestus. aliud raptus. Sed horum omnium pessimum est quod fit contra naturam quia vsus contra naturā execrabiliter fit in meretrice. sed execrabili; fit in vore. xxxij. q. vij. adulteriū. Sed hec omnia excedit cum vir nubit in feminā vel fornicariā. **¶** Item fornicatio licet videatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus qui fit extra vrozem legitimam tamen

specialiter cōmitti dicitur in vsu viduarum vel meretricum vel concubinarum. **¶** Item stuprum non est proprie virginum defozario. quādo videlicet nō procedente coniugali pactione vtriusq; voluntate virgo corripitur. ff. de adulte. et st. l. inter liberos. s. lex iulia. **¶** Item incestus est consanguinearum vel affinium abusus vel etiam scrimonialius. **¶** Item raptus cōmittitur cum puella violenter a domo patris ducitur vt corrupta in vrozem vel concubinā habeatur. quia raptus cōmittitur vbi nil de nuptiis ante agitur. ext. eodem titu. cum causam. et hoc sine ius illatū consistit puelle solimodo sine parentib; tantum siue vtriusq;. xxxij. q. j. s. cum ergo. **¶** Item adulteriu; est alicui tbori violatio vel quasi alterius tbori accessio. Et est aduertendum q; qñ seruus se imiscit cū dñā sua tūc punitur pena contenta in. l. j. C. de seruis que cū proprijs dñis imiscue. mulier s; o puniebatur vltimo supplicio. Ita bal. in. d. l. puma. et cōter docto. ab ijs scribētes quod est notandū pro dñarum attentatoribus qui etiā vltimo punitur supplicio in. l. si quis non nō dicā cape. C. de epi. co. et cler. et ibi Albe. Bal. et Alex.

### De pena raptoris regularis et mulierum.

**R**aptoris regularis pena est s; m leges. q. j. annum in quadruplum post annum vero puniatur in simpliciter ipsa in quadruplo computata. ff. vi. bo. rap. l. j. et. h. et hoc si ciuilitate agatur contra cum si vero criminaliter. ppter vim priuatam. i. sine armis illatam ad penam sanguinis vel corporis. vel ad penam exilij relegationis et similia agitur tunc reus deponitur ab ordine regulari vel ab ordinatiōe rerum suarū



De pena raptoris regularis et mulieris. Fo. ecclij.

rum quia amittit facturam testamenti. Similiter si propter vim publicam. i. cum armis illatas contra reum agitur tunc deportatur in insulam et reum partem bonorum suorum amittit. ff. de publicis indi. §. item. et. ff. de vi. priu. a. l. vti. vnde versus. vis priuata rei in deponit ab ordine frater. Sed deponatur. si vis armata probatur. ¶ Item pena canonica est multipliciter. scilicet ut raptor excommunicetur non solus ab episcopo suo sed etiam ab illo in cuius episcopatu rapinam commisit per hoc ratione delicti. ext. eo. titulo. ca. j. r. j. q. in. placuit. et de foro compe. l. j. ¶ Item denegatur ei penitentia nisi restituat ablata vel plenam securitatem faciat de restituenda si est soluendo. Si vero cum potuit noluit. et contumaciter distulit accipere penitentiam vsq. ad mortis. articulum cum iam non habeat. vnde satisfaciat tunc si perit penitentiam. dabitur ei et etiam viaticum et ecclesiastica sepultura. Si heredes vel alii p. p. qui satisfacere noluerint p. eo. Immo compelliuntur heredes satisfacere quando habent de bonis illorum quibus succedunt secundum facultates suas. et sic intelligitur. extra. eodem titulo in litteris. ¶ Item si decedat homicidii raptor impenitens priuatur viatico ecclesiastica sepultura. extra eodem titulo super eo r. ca. in litteris. et hoc in intellige de notoriis raptoribus non de occultis ¶ Item si non habet heredes raptor vnde reddat nec heredes nec propinqui volunt satisfacere pro eo. cum non teneantur de suo nisi velint nec illi succedant in aliquo ille tamen fuit beneficentritus. et fecit quod potuit licet tarde nunquid priuabitur sepultura dicunt omnes doctores fere quod sic. extra. eodem titulo super eo. Quidam tamen dicunt quod illa decre. super eo localis vel intelligitur de nonpenitentibus vere. Dicunt

etiam quidam quod presbiteri qui talem sepelierunt. vel simile fecerint. ab officio et beneficio debeant deponi. ut illa super eo et hoc fit ad terrorem et confusione[m] consanguineorum vel per hoc ad satisfactionem inducantur sed licet clerici eorum sepulture non debeant interesse cimiterium tamen eis non negatur debet enim tales sepeliri secundum quosdam in campis quia ralis sepultura defunctis non nocet extra. de sepultu. sacris et sic intelligitur. extra. eodem titulo. capi. h. vbi de hoc in glo. hoc referas et de torneamentis. capi. j. vbi de hoc in glo. Simile. j. de rap. r. a. men postquam est secundum formam ecclesie absolutus non debet cimiterium et alia ecclesie suffragia denegari. extra. de sepultu. capi. ultimo. vnde predicta capitula. extra. de raptoribus super eo et similia sunt locali a secundum quosdam de hoc Res. in tractatu de sepultura. ¶ Item pena raptoris mulieris est secundum leges ut capere puniatur r. et substantia rapte applicetur si ingenua vel mulierem bone fame rapuerit: secus si ancillam vel libertam vel meretricem tunc non amittit substantiam sed tantum decapitur. C. de rap. virgi. lege yna. in princ. et argu. xxxv. quest. j. de rap. ¶ Item secundum canones raptor efficitur seruus rapte nisi velit se redimere ut in dicto. capi. de raptoribus hec tamen pena. in foro penitentie non est infligenda. sed in foro iudiciali potest infligi. ¶ Item qui deflorat virginem solutam voluntariam non renetur eam ducere in uxorem vel maritare extra. de adulte. ca. j. Si autem in uitam aut per dolum indultam ad consentiendum: tunc in foro penitentiali est ei iniungendum quod ei satisfaciat. ad penam autem. predicte decre. non tenetur nisi i. foro causar. et glosatores exponit de rap. q. sic ducit virginem et abstrahit

virginem per violentiam a domo patris. **I**tem si princeps committit iudici ecclesiastico potestatem puniendi tales ipse circa mortem et membri mutilationem vel sanguinis effusionem enormem non debet se intromittere sed poterit iubere raptorem incarcerari vel flagellari ita tamen quod in sanguinis vindictam flagella transigere minime videtur: poterit etiam tales pecuniaria pena punire mortem vero seu membri mutilationem reservare debet regie potestati ext. eodem titu. in archiepiscopatu. **I**tem raptor huius debet excommunicari cum sanctis. **xxvii. q. ii. cap. j. et. iiii.** **I**tem predo dicitur duobus modis scilicet qui alios iniuste predatur sunt qui maioribus auferunt sua. Similiter predo est miles qui requirit ultra stipendium sibi assignatum quia sunt sumptus superflui quare predo crassatur. **xxii. q. j. militare.** **I**tem pena predonis est eadem cum pena raptoris. **ar. xv. q. ii. sane.** **I**tem raptor regulariter est clericus vel laicus qui cum viderint pauperes indigere etiam superflua non tribuit eis. **xv. dist. sicut huius.** **I**tem raptores sunt prelati qui bona ecclesiastica que pauperum sunt donant meretricibus ystrionibus consanguineis et alijs similibus personis sine iusta causa. **xv. questio. j. capit. vlt. et. xii. q. j. capit. vlt. unde de pena raptorum ad quid teneatur tractatu de restitutio. raptorum.**

### De rathabitione.

**R**athabitione in malefichis retrotrahitur et mandato comparatur. **arg. ext. de clandest. desponsa. capit. ii. et. ff. de pigno. l. si fundus. §. si uesci res de hoc notauit Hostien. **xxj. questio. j. si quis inuente et argu. de iur. ar. §. sed et ii.** Sed contra. **ff. de huius qui****

no. ansam. quid ergo. **I**tem iuribus tutoris non valet quando fuit presens in negotio pupilli. **I**tem mittitur de aut. tu. §. tutor. Similiter non tenet in seruo. **ff. de acquiren. habetur l. si quis. §. iustu nisi debet perdere ius suum dominus.** **I**tem ratum habere possum quod gestum est nomine meo. **ff. de nego. gest. l. si pu. §. item queritur. r. ii. q. ii. lugdunensis.**

**Q**uod potest conuenire et reconuenire. **R**econuenire potest reus actorem. **M**or apud eundem iudicem et non apud alium nisi lite finita. in aut. de executio. §. sanamus. et de rescrip. dispensatio litium. vbi de hoc. **I**tem potest reconueniri actor a reo coram iudice delegato. qui iudex causa conuentionis et reconuentionis vicissim. debet tractare et utramque causam vna sententia terminare. extra de mutuis pet. capit. j. vbi de hoc. et de ordi. cog. cum dilectus. **I**tem si actor reconuenitur a reo nolle ei respondere tunc iudex debet actori instanciam denegare nec ipsum audire super alia causa. **C. de copens. neque scripturas et extra de ordi. cog. capit. j. et vlti. et de mut. pe. c. j. vbi de hoc. et ca. ultimo.** **I**tem reconueniri potest actor agens possessorie a reo et super alia spoliatione sed potest reus ipsum reconuenire peritorio quia questio spoliationis priuilegiata est. ut primo expediatur ut extra de mutatione pene. capit. j. vbi de hoc et de ordi. cog. super spol. vbi de hoc. **I**tem bene potest actor reus reconuenire in modum actionis. extra de ordi. cog. cum dilectus. Similiter reus potest actorem reconuenire super pluribus licet actor non conuenierit eum per litteras nisi super hoc vno extra de mut. pe. c. j. r. ii. vbi de hoc in glo. j. hancandez. **I**tem non potest iterum reconueniri ab actore qui eum primo conuenit. quia re



conuentio non intelligitur nisi quum ad illum qui primo conuenitur ne sit processus in infinitum. **R**id. de hoc habes extra de mu. pe. capitu. vlti. in glo. j. fm eandem formam ad fi. **E**t res conuentio et conuentio. simul tractandi sunt. extra de mu. pe. capitu. j. de b habes extra de ordi. cog. cum dilectus in glo. si isti nobiles. **E**t si reus re conueniens actorem differat suam peritionem porrigere vsq; post lit. contes. non tenetur ei actor respondere. nisi d infinita conuentione. **C.** de sent. et interlocuto. aut. et consequenter et extra de mu. per. capitu. j. vbi de hoc. et de rescrip. dispendium vbi de hoc. **E**t reconuentio coram arbitris non habet locum nisi sit hoc expressus in compromisso. extra de arbi. cum dilectus vbi de hoc. **S**i militer nec in criminibus habet locus in. q. j. capitu. j. quia non relatione criminum: sed in innocentia reus purgatur ff. de pub. l. his qui. Similiter nec in causa spoliationis extra de resti. spolia. et conuentione et de ordi. cog. capitu. vltimo vbi de hoc. Similiter nec in momentanea possessione. **C.** qui legitimam personam. l. vltima. Similiter nec spoliatio nec facta ecclesijs et ecclesiasticis iuribus vel viris. extra de iure patrona. relatu. ff. de iud. l. n. §. si agant de hoc habes extra de arbi. cum dilectus in glo. cessat reconuentio. **E**t reconueniri potest clericus et cum laico quando conuenit coram eodem iudice seculari de causa civili tñ extra de mutu. pe. capitu. j. vbi de hoc. r. c. n. r. in. nisi sit causa que coram ecclesiastico iudice tñ sit tractanda extra de foro competenti. et tenore. Similiter in causa criminali non potest reconueniri a layco qui nec potest laycum conuenire criminaliter coram iudice seculari. l. ix. q. j. capitu. j. r. n. r. c. continua.

**De regularibus et religiosis.**

**U**nc videndum est de regularibus et religiosis. Qui dicuntur regulares et qui religiosi et quid proficere debent regulares. Et qualiter. Et in cuius manibus de professione tacita et expressa. de tempore probationis et etate ingredientium et an regulares possunt ad aliam religionem transire.

**Q**ui dicuntur regulares et qui religiosi.

**R**egulares dicuntur qui ad viuendum regulariter se astringunt siue sint monachi. siue sint canonici regulares qui et si a sanctorum monachorum consortio non videntur se iuncti regule tamen inseruiunt laxiori. extra de sta. monacho. q. debet timorem in multis autem condicio eorum concordat extra. ne clerici vel mona. ex parte et capitulo super specula. r. r. q. in. presens. Similiter regulares conuersi professi sunt. r. r. q. j. vt lex. Secus tamen de conuersis non professis qui se et sua non dedicant deo. extra. de priuile. cle. et placare. §. de confrat. bus. et capitu. vt priuilegia.

**E**t religiosis dicitur largo modo non solum monachi et alij regulares sed etiam clerici. n. q. j. nullus. n. Similiter qui in proprijs domibus religiose viuunt quibus non sint professi. r. r. q. v. q. deo. ad bec. ff. de rei vendi. l. qui religio. Similiter conuersi ecclesiarum. r. r. q. di. si qua vidua lar. extra. de voto. et vo. re. vbi de hoc. **E**t largo modo ecclesiastica parte censetur oblati monasterio etiam si remanet seculo dummodo mutato habitu seculari quibus non ex toto habitum habeat monachales. r. r. q. v. q. deo et r. r. q. j. vt lex. et. r. q. j. vt duo. extra. de priuile. priuilegia vbi de hoc in glo. **E**t quod habitus. **E**t religio sunt que religionis.

**Q**uod proficere debeant regulares et qualiter et in cuius manibus

*ut priuilegia*



**R**egulares tria profiteri debent. scilicet obedientiam castitatem paupertatem hoc enim sunt substantialia regularis discipline cum regularis homini se subicit de vite renunciat proprie voluntari. xxij. q. iij. statutus. r. xij. q. j. si non dicaris. Similiter cum quis religionem ingreditur se et sua dedicat deo. C. de episcopis et clericis. in autem. ingressi r. viij. q. iij. ingredientibus. r. c. si qua mulier. r. ca. tunc autem. et ideo post ingressum potestatem in corpore et in rebus amittit. in his autem tribus substantialibus dispensari non potest maxime in castitate et paupertate. ext. de statu mona. cum ad monasterium in fi. Item professio cum nichil aliud sit quam solennis religionis promissio in qua professione veniant tria predicta. talis professio fieri debet in manibus prelatorum ext. e. ti. porrectum. r. ca. ad apostolicam. Similiter fit in manu episcopi et in manu monachi et in manu sacerdotis. et etiam super altare de quibus Res. sup. in tractatu de profiten.

**D**e professione tacita et expressa. Regularis professio est expressa verbis cum quis reddit se in manu abbatis et in monachus et in fratre monachum non facit siue fiat in manu abbatis ut dictum est siue in manu monachi et dummodo recipiatur eius professio ab abbate et fratribus. quia tunc monachus est et solemnizatum est votum. ext. e. ti. porrectum. vbi de hoc in glo. hic eundem text. et qui clericus vel. mo. insinuante. Item qui habitum professorum portat per annum monasterio ingressus licet dicat simpliciter et simulare habitum portasse. compellendus est tamen publice profiteri quia quibus expressam professionem non fecerit eo ipso quod habitum per annum portauit intelligitur vere licite tacite esse professus. unde postea exire non potest nec probatio in contrarium

debet admitti. ext. eo. ti. ex parte vbi de hoc in glo. hoc ideo dicit. r. c. porrecti. ext. c. vidua. r. c. vt clerici. vbi de hoc in glo. nota. Item regularis qui de licentia uxoris intrauit monasterium. ea mortua aliam habere non potest sed in monasterio morari de compell. c. de conuersi. conu. consuluit. vbi de hoc in glo. ergo notum. Res. de hoc in tractatu de voto. Item regulares diuersarum professionum simul in vna ecclesia sociari non debent propter scandalum aliorum nisi in casu et tunc concordant de super in vno habitu honesto et condacenti. sed interius ferant vestes congruentes sue religioni. xij. q. viij. in nouo r. xij. q. iij. fere per totum. Similiter canonicis regularis potest fieri sicut in ecclesia seculari. ar. ext. de vita et ho. clerici deus qui vbi de his in glo. p. sicut. Item regulares sine consensu episcopi ecclesiastica beneficia vel decimas de manu laici recipere non presumant. nec excommunicatos nec interdictos recipiant ad diuina. nec in ecclesiis que ad ipsos pertinent plenouite sine auctoritate episcopi clericos instituere vel destituere possunt. ext. de preben. in laceranensi. Item regulares in suis orationibus contra prohibentes episcoporum campanas habere non possunt nec ibi missas celebrare ext. de preben. parentibus vbi de hoc. r. de con. di. j. vnicuique r. c. clericos. Similiter si recipiant aliquem ad ordinem suum taliter receperunt non erimuntur a iure episcopali quod solam receptionem nisi sequatur translatio plena ext. de preben. c. penul. vbi de hoc in glo. et ita non rec. cum a plantare C. de confratribus vbi de hoc in glo. sic. j. eo. ti. tuarii vbi de hoc. Item regularis non repellitur ab agendo licet et natio sit ignora. quia legitima persona presumi debet. ext. de iudi. cum deputari vbi de hoc in glo. forte ideo. ff. quest. iij. eorum.



De tempore probationis & etate ingredientium.

**R**egularis probationis tempora sunt diuersa. nā clericus notus probatur & probatur per annū. xvij. q. ii. gonfaldus. sed clericus ignotus & laycus notus per biennium. xix. q. iij. monasterium. Sed hoc diuersitas temporum ad annum reducitur. ext. co. ti. ad apostolicam & cap. postulasti. & cap. ex parte. **I**tem regularis tam masculus quā femina ante annū probationis p̄fiteri nō debet. si tamē p̄ficat̄ p̄fessio ei⁹ tenet. quia multa fieri prohibentur que facta tenent si fiant. ext. co. ti. ad aplicā ubi de hoc. **I**tem regularis post. xiiij. annum in viro. & xij. in femina p̄fiteri nō potest vel religionem intrare. xx. q. i. ca. j. & q. ii. si in qualibet & ca. puella nec obstat. ext. co. ti. quia quoniā illud sit p̄p̄termittiam asperitatem. loci vt ibi nota. Si vero minor. xiiij. annis monasterium ingreditur. poterit egrediēte. xv. annum. xx. q. j. illud & nota. q̄ in hoc casu annus inceptus pro completo nō habetur. j. q. j. illud & ideo exigit̄ annus completus. ext. de regularibus ad nostram ubi de hoc in glof. nota ex hoc verbo. sed hoc dicitur discretum & docti capacem ingredientem monasteriū obligari etiam ante. xiiij. annum quia sicut ante illud tēp̄ potest quis se obligare dyabolo. & deo. ext. de delict. parue pueris. **I**tem si iuuenis in annis discretionis existens obligatus monasterio a parentibus nō cōtradicat postea exire vel ad seculum redire non potest. quia monachum aut paternam deuotio aut propria professio facit ext. co. titu. cum vñ ubi de hoc. Si vero. j. annos discretionis. secus ext. co. ti. signatū ubi de hoc in glo. si fuisset paternam cōm̄ deuotio nō facit monachum. ubi p̄sumptio vel nisi ratum habeat oblatum q̄ factum fuerit a patre. ext. co. ti. cum vi-

rus. ubi de hoc in glo. paternam deuotio. **I**tem si puer post. xiiij. annum & femina post. xij. monasterium ingredietur liberi sit & absoluti a iure patris potestatis post ingressum religionis. xxi. q. j. ca. i. & q. ii. Sed si predicti monasteriū ingrediantur infra predictos annos discretionis reuocari possunt a patre & a tutore vsq̄ ad annum & diem. xx. q. ii. si puella & ext. co. ti. si quis autem. nisi monasterium sit tantū remotum q̄ ad patrem seu ad tutorem r̄mor per tantū tempus venire nō possit quia tunc indulgebatur maius tempus arg. xvij. q. ii. si quis incognitus. & annus iste incipiet currere a tempore sciētie vt in dicto ca. si quis in cognitus licet quidam dicant q̄ a tēpore ammonitionis. ext. de concef. preben. quoniā. **I**tem ingressus monasterium nō facta professione ad priorem statum redire nō potest si tempore ingressus euidenter i eo appareant signa q̄ absolute voluerit vitam mutare signa hoc sunt si renunciauerit seculo expresse vel si statim recipiat vestes scienter que tantum profitentibus consueuerunt dari vel si testamentum facit et trāffert omnia bona sua in heredes legatarios vel distribuit omnia bona sua ecclesie seu pauperibus. erogauit vel prestatat in priuilegio q̄ vult vitam mutare alias qui simpliciter intrat & nō facit professionem nec recipiat vestes que profitentibus conceduntur p̄sumitur q̄ condicionaliter voluerit expiri obseruantiam regularem & ita. j. annum ad seculum potest redire. extra. co. titulo statimus ubi de hoc in glof. ex hoc videtur & cap. consulti in fi. ubi de hoc in glo. p̄ si non. **I**tem qui habuit in monasterio assumptus. quamuis habitus non solum in se totum nec simpliciter voti matrimonii dāna vel dimit pr̄ e. t. potest tūq̄ clericū vel mo-



consuluit. et ca. rursus. non solemnizet  
 dico quantum ad religionē assumptā  
 solemnizat tamen. q̄tum ad religionē  
 in genere in quā generaliter consensit  
 intendens ab solēnitare vitam mutare  
 cum habitum assumpsit unde si egre-  
 diatur ut latiorē religionem intret et  
 post egressus assumpse et ante ingressū  
 assumende contrahat. matrimo. nō t3  
 fm̄ quosdas quia in propria domo. p o  
 test quis esse monachus et ad continen-  
 tias obligari. xxiiij. q. v. q̄ domo. et. xxvij.  
 q. de viduis. et. c. de episcopis et cleri. l.  
 raptores. ¶ Item si susceptio habitus  
 notum subsequatur solēnitaz votū e3.  
 c. t. ex parte. et. c. cle. vel no. isinuante et  
 xxvij. q. i. c. j. ¶ Item probari debet no-  
 uicius et probari fm̄ lau. in habitu mo-  
 nachali q̄si alias nō posset probare au-  
 steritatem monachalem que investitio  
 pro magna parte consistit. ext. c. ti. vbi  
 de hoc in glo. sed quāveste. et. ca. statui-  
 mus. unde licet habitus nō faciat mo-  
 nachum sed professio vera et expressa fa-  
 cit tamē professio de presumpsa et occul-  
 ta. ext. eo. ri. vidua. et. c. ex parte et. ca. sta-  
 tuimus. et. xxvij. q. j. vidua. ¶ Item qui  
 ludib:ij causa vti habitū regulari. gra-  
 uiter debet puniri. in autem. de sanctis  
 episcopis. §. vlti. ext. de vi. et. ho. cleri. cū  
 decorem vbi de hoc. ¶ Item professio  
 regularis ante annos discretiōis facta  
 non tenet. xij. q. j. illud nisi post annos  
 discretiōis ratificetur tacite per susce-  
 ptionem habitus vel expresse per verba  
 ext. e. t. c. vnum vbi de hoc in glo. sed qd  
 si ante. et. c. significatum. et. xx. q. j. vidua  
 ¶ Item si vir extorta licentia ab vxoze  
 monasterium intret. potest cōpelli ad  
 eam redire et debitum ei reddere si pe-  
 rat sed exigere non potest nisi vxoze ipso  
 caste viuere fuerit fornicata. quia tunc  
 ipsum repetere nō valeret. ext. de con-  
 uer. coning. veniens vbi de hoc in glo.  
 hoc est. argu. et ca. accedens vbi de hoc

in glo. inuita. et coacta et in alia glo. ibi  
 dem. Sed videtur.

¶ Si regularis potest ad aliam  
 religionem transire.

**B** Regularis professus ad alium or-  
 dinem sine licentia prelati perire  
 et obrenta transire nō debet alioquin  
 ad priorē ordinē redire compellitur  
 nisi seruus ordo strictio: esset quia tūc  
 etiam si sine licētia transeat: reuocari  
 non debet. dummodo nō transferit le-  
 uitatis causa. et quicquid habz resignet  
 in manu prelati sui. sic ext. e. t. licet vbi  
 de hoc in glo. sufficit ergo. et ca. ioban.  
 ¶ Item regularis professus de licētia  
 sui prelati euz consensu capituli sui ad  
 equalem ordinem transire potest et le-  
 gitima causa. sed ad minorem nunq̄  
 ext. e. ti. nō est. vbi de hoc in glo. et meri-  
 to. sed si perita licentia licet nō obrenta  
 siue ad religionem transferit strictioze:  
 ad prium locum postea redire nō po-  
 test. ext. eo. rit. licet. de hoc. ext. de era. et  
 quali. intelleximus in glo. hoc videtur  
 q̄. ¶ Item si transit ad monachos ni-  
 gros sine licentia sui prelati et reuertat  
 postmodū ad priorē locum. vlti-  
 mus sit in choro potest tamen eligi lici-  
 te in abbatem ut in dicto. c. intellexim⁹  
 et. xxiiij. q. j. apud. e. t. c. cum renuncia-  
 tur. ¶ Item si episcop⁹ vult ad religio-  
 nem transire siue sit consecratus siue  
 non. non sufficit licentiam petere nisi  
 sit obrenta. ext. eo. rit. licet q̄de transla-  
 iur. ¶ Item regularis sacrus episcop⁹  
 nō penit⁹ absoluitur a regula sua. xx.  
 q. viij. inuentum. et ext. de vita et ho. cleri  
 cleri offi. iij vbi de hoc in glo. vel arg.  
 quia q̄. ¶ Item si regularis in episco-  
 pum postuletur vel eligatur peti pmo  
 debet a suo prelati cū consensu capitu-  
 li sui qui sit nollet eum dare. tūc debet  
 si vtilitas magis fuerit per superiorē  
 compelli. ext. de renun. post translatio-  
 nem. vbi de hoc in glo. ca. ca. ¶ Item re-



gulares, de facili ⁊ ex leuib⁹ causis possunt a suis administrationibus remoueri, ext. de jactu, qualiter ⁊ quando. enis in fi. ⁊ de symo. per tuas circa si. nec dicendū super prioratibus suis impetra re litteras cōditione sue religionis sup prefa quia tunc nihil valeret si confirmaretur hoc modo, ext. de confir. vtili. porrecta vbi de hoc in glo. licet prioratus ⁊. c. ad nostras. ¶ Itē si regulares cedere nolūt in cōmuni capitulo q̄ facere debent tunc abbates ⁊ priores capitulo presidentes denuncient hoc episcopo dyoc. vt remoueat eos ext. de statu mo. c. vlt. §. q̄ si abbas. vbi de hoc in glo. quia de plano ⁊. c. in singulis Res. de ista maria. in tractatu de priui. q̄tra cratu de statu monachoz. ¶ Item si quis leuitatis causa transit etiā ab maiorem religionem nō sufficit licētia petita nisi sit obrenta s̄m quosdas. xix. q. ii. statuimus ⁊ ext. de era. ⁊ quali intel ligimus vbi de hoc in glo. hoc videt q̄ contra. ext. de regularibus. licet vbi de hoc in glo. sufficit. ¶ Itē prelati ⁊ qui pie sunt capitulis generalibus tenētur questio licet anno requirere fugitiosos et eos recipere si redire volunt dūmodo sine scādalo facere possint salua tamen ordinis disciplina. alioquin causā fugientes quā electos in obediētes excommunicent ⁊ excommunicatos faciēt a prelati ecclesiarum publice tam diu nunciari donec ad mandatum ipsorū humiliter reuertantur. ext. e. t. ca. vlti. vbi de hoc. si vero subditum suum apostatam volentem redire nō recipit vel etiā vagabund. vt redire nō requirit nō potest postmodum petere etiā post mortem. Si aliquid apostata huius acquisserit quia ei alimēta negauit ⁊ eū recipere noluit. C. de latina. lib. toll. l. vna. §. ⁊ si scimus ⁊ ext. de langul. c. po. ca. vno vbi de hoc. ¶ Item si quis habet ecclesiam transeat ad religionē

tener ingressus nec reuocari potest. ab ecclesia vel episcopo in cōsulto trāsuit nam q̄uis licentiam petere debuisset. valet tamen ingressus licētia nulla petita ext. e. t. licet ⁊. xix. di. due.

**De veneratione reliquiarum.**  
**N**ō sunt nisi prima auctoritate si sūmi pontificis fuerint approbate. cē. eo. ti. em. c. que taliter approbare. ext. cassam ostendit nō debent nec venales exponi. quia olim christiane religioni sepius est detractum. ext. eo. titu. ca. ii. et. C. de sacrosanct. ecc. l. nemo. nā sancta extimationem nō accipiūt. ff. de regularē. di. l. de sacrosancta. §. penul. nō enim possunt vendi. cum vendicio sine precio nō existat. in situ. de emp. ⁊ ven. §. precium. Sed nunquid possunt fur tiue subtrahi vt in honestiori loco possunt imponi Res. nō. immo sacrilegiū est quotiens auferitur sacrum de sacro et ca. xviii. q. ii. quisquis. dicendū est q̄ reliquias emere vel vendere illicitus est contractus ⁊ symoniachus. ¶ Item reliquias de nouo inuentas nullus debet publice venerari. nec prelati debent permittere illos qui a deorū ecclesias causa venerationis accessit ⁊ varijs figmentis. aut falsis dormientis decipi sicut in plerisq̄ locis. occasione questus fieri consuevit. ext. de reliquis ⁊ veneratione sanctorum audiuimus. ⁊ de consuet. cum ex eo. de con. di. j. placuit ⁊ alia ria. ¶ Item quando reliquie sanctorū canonizari debent obseruetur q̄ legitur. xix. q. ii. quoniā taliter peruenitur ¶ Item inquirendum est an illoz qui canonizati sunt prior vita testimonium prebeat sanctitati. scilicet vtrum virtuosē pie iuste ⁊ caste vixerint in hac vita ⁊ laudabilis fame vt. xii. q. ii. quattuor et maxime querendus de simplicitate

ipsoꝝ et vera humilitate ex. de p̄sump. ex. studijs. Itē querendū est de miraculis factis ab eis invita ⁊ etiā post mortem: nota q̄ ad hoc sit miraculū quatuor requiruntur. Primo vt a deo fiat et non ex arte. vt. i. q. j. teneamus ⁊ c. p̄ p̄perauit ⁊. n̄. q. vñ. §. Item balaam secundo vt sit cōtra et supra naturam tertio q̄ nō exviverboꝝ sicut panis miraculose transubstantiatur et vi verboꝝ in corpus xpi. si ex merito hominis hoc contingat de conse. dis. n̄. quia corpus ⁊ c. in quibusdā. quarto vt sit ad corroboracionē fidei. Sof.

### De renunciatione.

**n**unc videndum est quid sit renūciatio. Quis possit et cui renūciari debeat. Quis sit effectus renūciationis. Quis compellatur renūciare. Si renūcians potest postea penitere

**Q**uid sit renūciatio et quis possit renūciare.

**r**enūciatio est pprie rei vel iuris spontanea refuscitatio. Item renūciare pot̄ is ad quē p̄teritū qd̄ renūciat quoniam generaliter quilibz renūciare potest rei sue vel pprio iuri n̄. q. j. quam periculosum ⁊ c. de pact. l. si quis in conscribendo et extra de fo. compe. si diligenti et de regularibz ad apostolicam. Item quidam sunt q̄ renūciare non possunt vt prelati quorum cā quare renūciat̄ examinanda est vnde sine superiorū licentia renūciare non possunt. ex. e. ti. literas ⁊ c. nisi. Item renūciare non possunt furto si et qui non sunt compotes sui nisi habeant dilucida interualla in quibus renūciare valent. vñ. q. j. quis triste. Item renūciare non potest his q̄ sunt iure priuari. ff. de edil. edic. l. iij. §. si venditor extra de priuill. si de terra

⁊ c. accedentibz. ⁊ ff. de pac. l. pasfisti. ff. de ser. l. j. C. de tempi. ap. l. vlti. in fi. Item si quis renūciat iuri suo per puram compositionem: postea nō auditur extra de elec. cum inter. vbi de b̄ in glosa. Sed nonne de renūcia. in p̄sentia. Item renūciare non potest quis iuri suo aliquando anteq̄ comparat sibi de illo. extra de decimis: et multiplici vbi de hoc in glosa. ar. q̄ ⁊ ff. de acquiren. hered. l. is qui ⁊ c. de pact. l. j. Item iuri publico vel iuri introducto in fauorem omnium renūciare potest. ff. de pact. l. ius publicum: et extra de senten. excommunica. contingit et de foro compe. si diligenti. Item iuri fauorabili tantum renūciari potest: sed iuri fauorabili et odio: sicut est illud de quo loquitur illud. cap. si diligenti ⁊ c. contingit: renūciari non potest. Item iuri illi quo clerici indulgetur. de foro vt nō possint conueniri de crimine maxime coram sub iudice seculari. extra de iudi. cap. nō ab homine et etiam iuri quo excommunicatus quicunq̄ in cleri. manus inhāt violentas. extra de senten. excommuni. cum non ab homine ⁊ c. non dubium et. xvñ. q. iij. si quis suadere q̄ inductū est in fauorem clericorum et in odium laycorum qui clericis oppido sunt infestū. n̄. q. vñ. laicos renūciare nō potest quicunq̄ clericus componat cum layco verberando ipsum quin sit excommunicatus tal̄ laycus propter iniectio ne manus. extra de senten. excommuni. contingit. vbi de hoc in glo. cuiusq̄ sit. in glosa quando in quouis. Nam si clericus actionem iniuriarum remittere possit. xxvñ. questio. iij. si is q̄ ⁊ c. si illic iniuriam factam toti ordini clericali absolvere non potest. vnde eo remittente actionem suam temere manus violentas in eum iniecit excommunicatio tamē durat vt in dicto. l. p̄tingit.



Quidam tamen dicunt quod clericus etiam in foro et privilegio renunciare non possit expresse. tacite tamen potest. ar. ff. de procura. l. filiusfam. §. veteram et C. de iura. calum. l. ii. Quod autem primum dictum est teneatur. **¶** Item renunciare non potest quis his per que deo et homini obligatur ut votis pollicitationibus iuramentis conventionibus et promissis. Unde matrimonio renunciari non potest quibus iuri exigendi debitum renunciari possit. ext. de conu. l. conu. quedam.

**¶** Qui renunciari debeat et

quis sit effectus renunciationis

**R**enunciatio facienda est ei de ecclesiis beneficiis et prebendis. ut vbi. q. ii. si quis presbyter. a quo hec sunt recepta ut mihi fiat animarum cure prouidat. unde dicitur aliqui quod incōsulto episcopo ecclesiam dimittere nullus debet ext. eo. ritu. ammoner. vbi de hoc i glo. et. vñ. q. j. **¶** Item si quis renunciat ecclesiis in manu layci non tenet renunciatio quin eam possit superior reuocare. ipse tamen repetere eas non potest postquam taliter renunciauerit. extra. e. r. quoniam in dubiis vbi de hoc in glo. non videtur quod r. ff. de pac. l. si vnus. §. vlti. **¶** Item renunciatus suo beneficio cum iuramento recipere potest illud nichilominus si postmodum eligatur non obstante huius iuramento extra. eod. titulo. cap. i. r. u. vbi de hoc in glo. iste p. Sed si sponte renunciationem confirmat cum iuramento. repetere eam postmodum non potest ext. eo. ritu. super hoc vbi de hoc in glo. allegata ab ipso. **¶** Item renunciationis effectus est. ut renunciatus repetere non possit quod semel sponte renunciauit maxime cum iuramento. vñ. questio. j. quas periculosus. et. ff. de edili. edic. l. i. §. q. 2. si venditionis. et. C. de iureiurando. l. si

quis iusiurandum. extra. de renuncia. super hoc vbi de hoc in glo. allegata. j.

**¶** Quis compellitur renunciare.

**R**enunciare tenetur intrusus et symoniacus: quia titulum non habent: et ideo renunciare non possunt secundum quosdam: etiam sine licentia pape et restituere tenentur omnia lucra percepta et percipienda. j. questio. prima. si quis. **¶** Item renunciare cogitur ille qui obtinuit licentiam renunciandi si renunciare non vult. extra. co. titu. quidam cedendi vel cogendi vbi de hoc in glo. nota. q. **¶** Item renunciatio debet fieri coram illo qui confirmare potest. xvj. questione. ii. abbas. ii. Si enim fiat in manu prelati prelati que eam recipere non potest. non valet nisi quantum ad renunciantem. extra. eo. ritu. cap. vlti. vbi de hoc r. q. in dubiis vbi de hoc in glo. non videtur quod unde nisi non tenet renunciatio non valet electio: quia vbi non quis legitime destitutus: alius in locum eius non est legitime destitutus. iiij. questio. vj. hoc quippe et extra de accusa. ad petitionem. et de renunciatione. cap. vlt. vbi de hoc si non tenuit. **¶** Item renunciatio facta in manibus conventus a prelato excommunicato non tenet. immo si aliquis fuerit ibi clericus secundo deposito debet restitui primus. extra. eo. ritu. cap. primo. **¶** Item qui renunciat ad suggestiones emulorum suorum non in manu prelati sui non valet. sed etiam si absoluit monachos ab obedientia sua debet in irritum reuocari. extra. eodem titulo lecte coram vbi de hoc in glo. et sic videtur. **¶** Item renunciare debet quis propter plura. s. propter defectum scilicet necessarie ext. e. r. vbi. §. p. defectu. vbi de h. **¶** Item propter insufficientiam de quod moueri. xviii. q. ii.



si quis abbas. Similiter propter negligentiam ext. de officio tu. c. j. Similiter propter maliciam plebis. l. quando sunt tot mali q. nulli possunt pdesse. vñ. q. v. c. vl. Similiter propter debilitatem corporis qñ pdesse non potest nec etiam est spes de sanitate. vñ. q. j. c. j. qualiter. Similiter propter scandalum graue q. sine peccato mortali iurari nõ potest. xñ. di. si quis episcopus. Similiter propter irregularitatem persone propter quam executiones perdit officij. vt propter bigamiam vel homicidium et similia. lvñ. di. cenomanens. r. c. q. simpliciter. r. xvñ. d. acutius et. ext. de renun. nisi cum pides. vbi de his in diuersis glo. ibidem positis tres qui cum magna instantia et pseuerantia renunciationem suam petunt admitti pre sumitur contra eum de pe. di. j. diuortius

**C**tem renunciatio beneficij a spoliato ante restitutionem factam non tenet ext. de restitu. spol. c. i. vbi de hoc. r. c. foliote. Similiter renunciatio beneficij et spoliatio pro metu facta tenet. xv. q. i. merito. Sed tamen datur actio pretoria. ff. de edil. edic. l. similiter. §. secretario.

**C**tem si quis vult pbare q. non sponte renunciauit debet audiri extra eod. titu. c. sup. hoc. vbi de hoc. r. c. veniens.

**C**tem renunciare non compellitur quis inuitus. vñ. q. i. quamuis q. renunciatio voluntaria debet esse non extorta extra q. metus causa ad audientiam.

**C**tem absolute debet quis renunciare iure spirituali nullo pacto vel conditione interueniente ext. de offic. del. ex parte et de symo. ex insinuatione et. i. q. h. quam pio in fi.

**C**tem licet quis renunciaret iuri spirituali simpliciter et absolute sine conditione vel pacto. si tamen ex renunciatione intendit q. aliquid sibi temporale accedat culpabi

lis iudicatur apud deum. quia sola voluntas symoniaci facit ext. de symo. in fi. r. j. q. j. qui studet.

**C**ter cessio episcoporum in scriptis est faciendia. vñ. q. j. §. ecce. r. c. qualiter. r. c. quis iuste.

**C**Si renuncians postea possit penitere.

**R**enunciare intendens si non certus superiorem litteris seu nuncio vt veniat recipere cessionem ipsius et antequam superior veniat peniteat. vocatio non nocet. vel non tenet. ext. co. ritu. lecte q. tunc est penitentie locus. h. q. vñ. si q. e. hoc verum est nisi penitentia sit alteri capiosa. ff. de regul. iur. l. n. e. vel si res non sit integra. vt a superiori perita est crededi licentia et admissa. iustic. man. §. recte. et ext. de elec. i. causis. r. de renunc. quidam. et sunt due rationes quare non est pñse locus vna ne superiori videatur illud cessioe admissa ext. de postul. bona. h. §. sicut alia q. presumptio iur. est. q. is qui cedit vilitatem ecclesie respiciat incedendo dum se insufficientem recognoscit. ext. e. rit. c. vlti. vel propriam saltem attendat diu conscientiam criminis habet. xñ. di. iij. et ext. e. ti. null. §. j. et de symo. ex insinuatione. aliud tñ est in cessione bonorum fm leges. nam post cessiones rebus tamẽ integris manentibus locus est penitentie. ff. de cõ. cessionibus bonorum. l. is qui.

**C**tes renunciare nõ potest rei quam quis sibi competere ignorat. ff. de inoff. restitu. l. mater deccdens. r. ff. de acquis. her. l. is qui. §. si quis. du. r. l. is qui putat.

**C**tes renunciare non potest rei que non habetur. nec haberi potest. ff. de regu. iur. l. eius. et. l. qui potest. pacto an remitti non potest q. nondum competit. ff. de pac. l. pactum.

**C**De rescriptis.

**D**icendum de rescriptis quid sit et quis rescriptum concedere possit. Super quibus rebus De differre



ria rescriptorum. Quare scripta tollantur. Quis potest interpretari et quanto tempore durat rescriptum. de generali et speciali rescripto. Quando confert iurisdictionem. Quale debeat esse rescriptum qualiter puniatur qui impetrat ipsum falso.

**¶** Quid sit rescriptum et quis concedere possit.

**R**escripta pape vel principis sunt mandata que ad instantiam alicuius vel aliquorum seu proprio motu vel ex relationibus absentium vel ex suggestionibus presentium vel ad consultationem faciunt vel cum aliquid alicui vel aliquibus corporali collegio vniuersitati et ciuitati mandatur. talia enim rescripta iusfaciunt non generale sed speciale in negotiis et inter personas in quibus et inter quas prius legata sunt. C. de leg. et cons. l. n. Item rescriptum concedere potest in ecclesia sicut papa. in secularibus imperator.

**¶** De differentia rescriptorum.

**R**escriptorum aliud est secundum ius. aliud prout ius. aliud contra ius. Item rescriptum secundum ius vim constitutionis habet: talis est decretalis epistola. que in causis diffiniendis auctoritatem habet. l. vi. per totum. Item rescriptum contra ius similiter vim constitutionis habet ut in dicta de per totum. et arcatur illos ad quos dirigit nam et si ius ferendi iugum ab ecclesia romana imponit. tamen eius deuotione tollendum est ut in dicta de. Item cuius mandatum dirigitur in genere rationabilem causam assignare debet quare mandatum ad implere non possit. extra eo. ritu. si quis. Item si rescriptum contra ius forte dictum dei et apostolorum aliquid procedat per rescriptum omnino respuat. xxv. q. j. sunt quidam potest tamen propter dicta vel statuta apostolorum modificare ex causis illud quod deus coniungit homo non separet: sic modificat pa-

pa coniungit consensu animorum et copula carnali. at si primum interueniat id est consensus siue scdo separatur per ingressum religionis. extra. de conu. conu. uerum. et. c. et publico. Similiter modificatur et aliter homo non separet. sed violenter et abique legitima causa. extra. q. n. quos deus. Item modificatur dictum apostoli oportet ordinandum. scilicet ad sacros ordines esse vnius uxoris virum. xxv. dist. in pn. et c. j. et extra. de biga. super eo alioquin ex dispensatione ad subdyaconatum bigamus promouetur. xxv. dist. lector. et. xxv. dist. eos. Item apostolus dicit. oportet ordinandum. sine crimine esse. xxv. di. §. nunc autem. Sed b. modificat papam dispensando cum adulteris et in minoribus criminibus. extra. de iudiciis. at si clericus si potest dicit quod apostolus non prohibet cum talibus dispensari vel potest etiam dicit quod papa qui est loco petri. maior est paulo in administratione. xx. dist. §. j. et. xxv. q. j. quod verum et in multis aliis locis ius. inuenitur papa modificasse dictum domini et apostolorum eius ex causa. Item verba in rescripto contestata intelligi debent secundum ius commune. extra. de offi. deleg. super questionum. §. si vero. et de rescrip. super litteris nec est recedendum a iure communi ratione rescripti. extra. de eta. et qual. cam te nisi expresse in rescripto contineatur. non obstante constitutione vel iure tali. si. deleg. iij. l. si quis in princ. et in dicto capitulo. super questionum. aliter non est verisimile papam vna epistola multa velle iura tollere. extra. de elec. ecclesie. et. c. de inoffi. testi. l. si quando. Item si rescriptum maneat contra ius positum abhincendum est nisi mentionem faciat de illo iure. ut dictum est supra. xxv. q. n. rescripta. Sed si super iure aliquo dubitetur consulendus est papa. extra. de fide instrument. pastore. et de conce. prebent. dilectus. Item seruandus est or-

do scripture in rescripto. contemptus. ext. de res. cum dilecta quia ordo verborum in rescripto ordinem processus offendit. de con. dist. ii. in christo pater.

**T**ertio forma rescripti seruanda est vbi contra dicitur. Si vero contradicatur se cius esset. ext. eo. ritu. cum dilecta vbi de hoc in glo. nota. in rescriptis. 7 ca. causam qui inter ext. de tra. 7 quali. cas. re. Sed tamen obediendum est pape. 7 si contra ius maxime posituum. ex certa scientia scribat. c. distin. contra morem.

**I**tem si rescriptum sit contra consuetudinem tunc preualet consuetudo prescripta quia etiam preualet iuri. ext. eo. r. ca. vlti. Similiter si rescriptum sit contra fiscum vel contra publicam utilitatem respicitur prima iussio 7 expectatur scda.

**C.** de preci. impera. offer. l. ne damno. sa in aut. vt nulli iudi. §. 7 hoc quocumque.

**I**tem si rescriptum sit contra ius priuate persone distinguitur quia aut in leuiter 7 modicam lesionem vt si papa mandet in rescripto qd non admittis dilatoris exceptionibus procedatur. in principali 7 simile tale rescriptum valet.

**C.** de preci. impera. offeren. l. quotiens el. rescripta naz modica dana facile rotulantur. ar. rñ. q. n. ferulas 7 c. si quos et ca. bone. 7 ff. de mi. l. in cauendis. §. idem pponius. magna vero rescinditur. C. de rescin. vendi. l. rem maioris.

**I**tem si rescriptum enorme. alicui lesionem inducit 7 in totum ius eius aborbeat non valet. C. de preci. impe. offe. l. quotiens. 7 ex. de decimis suggestu. 7 de bona. apostolic. 7 de ver. signi. quid. p. nouale. eo tamen saluo qd propter delicta auferuntur. omnia bona. C. de bonis dam. per totum. ex. de hereti. vergentis.

**I**tem vbi quis denegatur petitorio denegandum est. rescriptum. C. si impe. ex. re. p. l. si nisi forte aliquid sit qd prosit impetranti. 7 nulli obijt. ff. de

sen. l. nupte.)

**Q**uare rescripta tollantur.

**R**escripta tolluntur. et viciantur propter clausulam latinam in gramicalem ext. eo. ritu. ad audientiam. Similiter si papa vni loquatur in publico aut si patriarchas vel episcopos filios appellat 7 contra hoc obprobatio in contrarium non debet admitti. ext. de falsa licet. 7 c. qua graui.

**I**tem tollitur rescriptum per suggestionem falsi 7 veri sup. professionem scienter vel ignoranter si sit talis veritas vel falsitas qua interueniente non fuisset. obtentum ext. eo. r. sup. literis etiam si rescriptum sit consentaneum vbi l. xv. q. ii. 7 si legibus. Similiter perditur propter negligenciam impetrantis ano elapso extra eo. ritu. si autem vbi de hoc. Similiter per sollicitudinem preuenientis extra de foro compet. c. penulti. vbi de hoc. et de ap. vt debitus.

**I**tem tollitur rescriptum per fraudem si sub eodem duo pia fuerint impetrata quorum posterius de prioris mentionem non facit si ad diuersos iudices obtenta sint causa verandi rei: nec coram istis nec coram illis. Secus tamen si hoc fiat ad cautelam ne alteri perditur: vel ne iudices vnus iterum moriatur vno tamen eorum intendit vt impetrator extra eo. ritu. ex tenore i si. vbi de hoc.

**S**ed si duo rescripta eiusdem tenoris ad eodem iudices impetrantur tunc nullum est vitium quia vnum evidenter ff. de test. vnde testum. consuetudo enim est curie propter viarum periculum litteras frequentius duplicare.

**S**i quis item impetrat diuersa rescripta ad diuersos iudices et contra diuersos nihil obstat. Sed contra eundem tunc obstat personalibus actibus quia commo. dius coram eodem. vel eisdem iudicibus poterant expediti. extra eo. ritu. c. vlti.

**S**ed si diuersi impetrant litteras diuersas



fas contra diuersos nihil obest. Similiter contra eundem. Sed si plures impetrar diuersas literas super diuersis beneficiis in eandem ecclesiam vnus illorum obtinebit qui prius ad executores literas deposuit et hoc verum est. cum papa non intendat grauare ecclesiam in receptione duorum extra. eo. titulo capituluz et hoc cognoscitur ex forma literarum: vt si ponantur ibi nisi pro alio et per nos ecclesia sit grauata ext. eodes titu. literis vniuersi hoc vel similia in rescripto inueniantur quous ecclesia sit grauata alicuius receptio de mandato domini pape non tamen comperit exceptio quia et si graue quod mandetur a papa obediendum est ci. xviii. dist. in memoriam vel saltem excusandum extra. eo. titu. si quando. Item perditur si non sit ibi mentio de appell. ad uerse partis quod fuit impetratum ab appellato infra tempus appellationis presertim extra. eodem titu. ex parte eius ubi de hoc et de appell. sepe in fi. re. oblate et de confir. bonc. Item si non sit ibi mentio de excommunicatione impetrantis extra. eod. titu. dilec. i. ubi de hoc et de proba. post cessionem et de re iudi. inter. et de era. et quali. cum bonc. Item tollitur primum rescriptum per posterius. si fiat ibi mentio. de primo. extra. de offi. deleg. et literis. et capit. pasto. §. i. an si. Si vero posteriori mentio non fiat. de primo tunc tollitur posterius per primum. sed non ipso iure. sicut in predicto sed per exceptionem extra. eodem titu. ceterum. et capit. ex parte. Item ubi dubitatur de duobus rescriptis quod sit primum et quod posterius. vt puta quod eadem est data vtriusque sed impetrata a diuersis super diuersa. si ad eodem iudices fuerint tunc superior consulari extra. de offi. deleg. sane. Si vero diuersa fuerint obtenta et a diuersis ad diuersos iudices si super eodem negocio et du-

bitatur quod sit prius et quod posterius tunc seruandum est quod dicitur extra. eodem titu. pasto. et capit. quous contingat. et capit. extra. tenore. ubi de hoc in glo. nota quod. Item tollitur primum rescriptum generale per posterius speciale etiam si tu speciali de generali mentio non habetur extra. eodem titu. pasto. ubi de hoc in glo. hic patet. Sed ubi vtriusque rescriptum est speciale. Sed vnum est super incerto. aliud super certo. tunc requiritur in secundo mentio de priori. extra. de offi. deleg. ex parte. Item rescriptum contra priuilegium secundum ius commune impetratum non valet nisi de priuilegio faciat mentionem. quia impetratum videtur tacita veritate extra. eo. titu. cum ordine ubi de hoc rescriptum enim semper continet conditionem illam si preces inuitantur veritati etiam si non apponatur. extra. eo. titu. ex parte conue. Item rescriptum impetratum contra ius et contra publicam utilitatem non valet extra eodem titu. ex parte. quia rescripti verba. cum sint stricti iuris. extra. eod. titu. non nulli. potius sunt restringenda quam amplianda extra. de offi. deleg. cum olim abbas in fine. et de rescrip. non nulli ubi de hoc in glo. sic de pe. dist. i. Item quando rescriptum impetratur secundum communem formam qua mandatur vt provideatur alicui in aliqua ecclesiarum ciuitatis vel dioecesis. tunc potest provideari per tale rescriptum in ecclesia cathedrali extra. eodem titu. de erate et qualitate accipimus in fine ubi de hoc in glo. nota quod. et de preben. pro illorum non tamen per illam formam posset eis provideari in aliqua prelatura. extra. de preben. capitulo ultimo. Similiter si mandetur quod provideatur in aliqua ecclesia ciuitatis non potest provideari per ipsum in aliqua ecclesia dioecesis. et si mandatur quod provideatur in aliqua dioecesis non potest ei provideari in ecclesia ciuitatis

## Summa monaldi.

quia diuerse sunt ciuitates et dyoce. in hoc casu. Similiter vbi continetur qd debeant conueniri aliqui de dyoce. ppter hoc nō possunt conueniri alii qui de ciuitate. Eodem modo vbi continetur de ciuitate per ipsum de dyocesis. aliqui conueniri non possunt: quia v dictum est ciuitas et dyocesis. sunt diuisa: extra eo. titulo. ca. Adulphus vbi de hoc per hoc patet. ¶ Item si impetratur pro beneficio pueri obtinendo non valet nisi de constitutione fecerit mentionem ex. de eta. et quali. cam re et de elec. cum in cunctis. Similiter dicitur rescriptum impetratum lite pen. ex. vt lite. pen. c. j. si. et vlti. et. C. vt lite. pen. l. ij. ¶ Item si in rescripto non exprimitur series facti et pcessus cause tollitur ex. eo. dilect. vbi de hoc in gl. nota. et de cobra. clerici et mulie. super eo et c. si. super literis. Similiter si nō fiat mentio de beneficio impetrantis p truncū paruo nō valet extra eodez situ. si proponente. Similiter si non fit mentio de dispensatione extra de si līs presby. ex tuarum. Similiter de cōpositione extra de decimis ex multipli. ca. Similiter de statuto priuilegio partris aduersus extra eo titu. constitutus et cap. cum ordinem et. c. nonnulli. Similiter de sententia lata extra de sen. et re. inter. vnde versus. Si priuilegiuz si dispensatio pactum. vel si rescriptum sententia siue statutum. finis tollitur nisi mentio facta pbetur. ¶ Item rescriptum impetratum vltra duas dictas nō valet nisi aduersarius citetur infra duas dictas vel nisi de illa constitutione que hoc pibetis mentio fiat. ex. eodē titu. nonnulli vbi de hoc vt si ita et cap. dilectus. si. Sed de quibus dictis intelligitur dicendū qd de vulgaribus dicitur vt habetur in glo. illius capituli nōnulli. ¶ Item non creditur rescriptum ad res vel personas in eo non comprehē-

tas qm rescriptum est stricte intelligendum extra eo. titu. sedes. et de of. dele. p. et. g. et. cum olim dilecti. ¶ Item rescriptum dicitur falsum si est impetratum sine mandato ex. eo. titu. nōnulli vbi de hoc in glo. sic ergo nisi impetratur a personis a quibus non exigitur de iure mandatum extra eo. titu. non nulli in si. et. ca. ex. parte in si. ff. de pcura. l. sed bec persone.

¶ Quis potest interpretare rescriptum et quāto tempore durat.

Rescriptum domini pape super beneficio obrinēdo quilibet iudex plenissime debet interpretari. ex. de vocationibus. c. dilecti in si. vbi de hoc et. ff. de constitu. prin. l. beneficia et ex. de priuil. q. circa. De hac materia responde in tractatu. de interpretatione. ¶ Item durat rescriptum per decennium si impetrantes copiam iudicium non habuerint vel neglexerint vti: quia infra illud tempus quandoq; poterunt experiri. C. de diuer. rescrip. l. falso. ¶ Quidam tamen dicunt qd infra annum nisi qd vtatur eo cum copiam iudicium habuerit lapsu anni perit rescrip. ex. eo. titu. si autem et. c. plerūq; et isti dicunt legē illam falso esse correptam per decretales predicatas. ¶ Item qm quosdam rescripta ppetua sunt sicut et iurisdictio iudicis. C. de diuer. rescrip. falso. et ar. C. de constitu. prin. l. ij. Sed non extenditur ad lites futuras que non erant tempore impetrati. rescrip. ex. eo. titu. vbi de hoc in glo. sed noster et de dispō. impu. ad dissolucendum vbi de hoc. ¶ Item si quis impetrat rescriptum ad iudices delegatos. et infra annum habita iudicium copia postposuerit vel neglexerit ex malicia eo poterit postea per alias literas conueniri sed de rescripto nullam faciat mentionem ex. c. in



De generali et speciali rescripto qñ cōfert iurisdictionē. **So. cccj**

plurimū vbi de hoc in glo no. hoc con-  
tra annalem ⁊ de of. del. pasto. ¶ Tres  
rescripti copia vñ dari aduerse parti.  
ad splicēdum quādo hoc petitur a iu-  
dice competenti ex. de priu. poiro vbi  
de hoc ⁊. c. recepimus. ¶ Item si rescrip-  
tum seu priu. concedatur ad faciēdū  
sçz vt liceat aliquid facere vt si alicui ca-  
pitulo concedatur q̄ canonicos et pre-  
bendas ad certum iudiciū reducantur:  
tunc tale rescriptum dicatur sçz decemi-  
um. vt vsq̄ tunc liceat hoc fieri qd̄ est  
concessum. ff. de nūndinis. l. j. ¶ Item  
legat⁹ dñi pape interpretari potest re-  
scriptū dñi pape. ext. de postu. c. j. de b  
habes ex. de ver. sig. ex parte. is. in glo.  
si ergo. ¶ Tres rescrip. in quo hec clau-  
sula continet vocatis que fuerint vocā-  
di per hoc vocandi sunt omnes quos  
negocium tangit ext. de iudi. exhibita  
vbi de hoc ⁊ de rēpore ordi. si archieps  
Similiter si impetret contra platum  
ratione inutili cōtracti p̄tilitate ecclē-  
sie sue q̄ si nō soluit extenditur ad suc-  
cessores ⁊ p̄prium nomen antecesso-  
ris. sit in rescripto expressus nec obstat  
in hoc casu expressio nomie antecessoris:  
quia in hoc casu vna dicitur esse perso-  
na ex. e. r. significauit et de foro compe-  
tenti. dilec. filius vbi de hoc.

¶ De generali et speciali rescripto  
quando confert iurisdictionem.

Rescripta generalia sunt in qui-  
bus generales seu indefinite clau-  
sule cōtinentur vt. cñ sçz talis et q̄lis. et  
quidam alii iniuriantur eides vel sic su-  
per decimis et possessiōibus et rebus  
aliis quo casu rescripta ad maiores et  
digniores personas vel ad maio: a ne-  
gocia expressis nō extendimur ex. e. ti.  
sedes apostolica ex. c. pasto: a. Similr  
si ponatur clausula illa cōtradictores.  
¶ Similiter illa ammonitio iud. ⁊. c. ⁊

illa vocatis ⁊. c. tales. enim clausule et  
cōsimiles faciunt generale rescriptum  
Similiter cum litere dirigūt ad oēs  
ex. de pe. et re. cum ex. co. ¶ Item spāle  
rescriptum est qd̄ ad certos dirigunt ⁊  
super certis et exp̄sis rebus seu nego-  
cis sine clausula generali. ex. e. t. c. j. ⁊. c.  
pastoralis et tale rescriptum non extē-  
ditur ad alias personas vel res ext. de  
of. deleg. cum olim et. c. p. et. g. Similitē  
et p̄uilegiū personalenon transgreditur  
personam ex. de vsu palli. c. n. et de  
of. deleg. quonā abbas nec obstat ext.  
de offi. del. c. j. vbi iurisdictione ex literis  
specialibus extenditur ad alios quia  
ille casus specialis est vt non extēda-  
tur iurisdictione ad illos qui impediunt  
iudicis p̄cessum extra de of. deleg. ex  
litteris. vnde p̄imum rescriptum ḡna-  
le tollitur per posterius speciale etiam  
si in speciali de generali mentio nō h̄t  
ex. co. ti. pastoralis. ¶ Item iurisdictione  
nō conferunt omnia rescripta in qui-  
bus cause cognitio demandatur. q̄ ex  
forma eorum tollitur vt cum in eis cō-  
tinetur. si est ira. ⁊. c. vel si p̄missis veri-  
tas suffragatur vel cognita veritate v̄l  
iusticia mediante vel sicut de iure fue-  
rit: vel q̄ canonicum q̄ iurium. vel vt  
p̄missis vt teneatur p̄ iustis inde.  
confecro vel literis cōtinetur. Et talis  
iudex. cui negocium a p̄ncipe cōmit-  
titur sub aliqua de istis formis potest  
in figura iudicij p̄cedere et etiam p̄r  
alī vel alīs committere totam causas  
vel partes ex. de of. deleg. cum re. S̄ltē  
p̄ncipium mediuz vel finem cognitio-  
nem vel executiones committere p̄r.  
ex. de of. deleg. super questionum. Si-  
militer talis potest recusari ex causa n̄  
si fuerit iudex p̄ritus ex. de of. del. c. i. ⁊.  
olim magister et. id. q. in. §. spactū. Sçz  
etiam t̄cē recusari poterit. ex noua cā  
de offi. del. insinuare. ¶ Tre rescriptū  
istud continet gratiam vbi dicitur qd̄

possit dispensare et remissionem. In de-  
bite pene facere: in quo propter fauor-  
em utilitatem seu necessitatem rece-  
ditur a iure communi. tria enim sunt que  
faciunt a iure discedi. scilicet necessitas utili-  
tas et evidens meritoꝝ prerogativa. j.  
q. viij. ca. li. et ext. de elec. innotuit.

Quale debeat esse rescriptum et  
qualiter punietur qui falso im-  
petrat ipsum.

**R**escriptum debet apparere non  
viciatum non cancellatum sine re-  
prehensione bulle. cartae vel littere. C.  
de edic. diuina. d. i. tollen. l. vlti. et ext. de  
privileg. olim in fi. vbi de hoc in glo. ta-  
men vero. Sed tamen hoc intellige in  
locorbi est ius questionis et vbi papa re-  
spoderit de iure et vbi est questio fidei. C.  
de testamen. l. si vnus. Sed tamen in  
narratione facti potest radi. nec dicitur  
postea viciatum. si de eadem ma-  
nu rasura reponatur in loco vt dictum  
est non suspectum. Similiter viciat rescri-  
ptum propter rasuram factam in no-  
minibus actoris vel rei iudicis vel pos-  
sessionis. ext. de fide instr. ex literis vbi  
de his in glo. vnde videbatur. Item  
rescriptum nullam dictionem superua-  
cuae continere debet. alioquin frustra oc-  
cuparet medietas. r. r. vj. si romano-  
rum sed propter defectus legitime vel  
etiam simile non viciatur rescriptum. licet  
alias legitimum erit ext. de fide instr. ex  
parte vbi de hoc. Item quocumque rescri-  
ptum debet haberi suspectum. si non ema-  
nauerit de consensu pape. ext. eo. ti.  
cum dilecta et de cons. po. recta. Simili-  
ter si non sit mentio de appellatione ad  
uersus partem. ext. e. r. ex parte vbi de hoc  
et de appellatione sepe in fi. Item pe-  
na impetrantium rescriptum per suscep-  
tionem est quod condemnandi sunt ad ex-  
pensas quas altera pars facit in nego-  
cio illo et circa ipsum ext. e. r. ceterum in fi.  
Et. C. de his qui accu. poss. qui crimē.

Similiter si veritati iudicantium sub-  
iacere debet. r. r. q. j. et si cognitio. Simi-  
liter. l. cornelia de falsis iuriri possit.  
ff. ad. l. cor. de fall. l. si quis in re pletis.  
Et de restitutione.

**R**estitutum est de restitutione  
Quid sit. Quis debeat restituere.  
Luce quando. Et qualiter. facienda sit.  
Et primo de restitutione prelatorum et  
clericorum. restitutione turpiter acqui-  
sitorum de restitutione naufragii. et pe-  
dagii. de restitutione questorum et callio-  
rum. De restitutione damnorum in be-  
lo iusto faciendo. De restitutione episto-  
rum. De restitutione emptorum. De rap-  
pina. De restitutione hereditaria male-  
ris. De restitutione iudicis rapto-  
dicantis. De restitutione falsi aduo-  
cati. testis et accusatoris. De forma resti-  
tutionis. De restitutione furti vsure et  
symonie. De quibus restituere potest. fa-  
cere elemosinam. De restitutione spo. De  
restitutione in integrum quid sit. quomo-  
do et quando et a quo possit restitutum  
in integrum indulgeri.

De restitutione prelatorum  
et clericorum.

**R**estituere tenetur prelati ecclesia  
pauperibus debita. que consumunt in  
vsu illicito dando ea meretricibus.  
ystrionibus et similibus personis turpi-  
bus. Similiter dando ea consanguineis  
potentibus non propter naturam suffi-  
tendam vel aliam licitam vel honestam  
causam sed vt faciant eos diuites nota-  
biliter ultra statum conditionis gene-  
ris eorum vel parentele vt cum episcopi  
vel alij clerici de humili genere nati con-  
sanguineas suas maritant baronibus  
et similia et hoc quia contractant rem  
alienam inuito domino bona enim eccle-  
siastica pauperum sunt secundum leonu-  
num et augustinum. r. j. q. j. quonia quicquid  
et. r. r. q. vj. q. au. r. q. vj. consuetudo



ri. q. i. c. ult. Sed nunquid tenentur hac restitutiones facere. de bonis patrimonialibus sicca habent aut sufficit illa faciant restitutione de fructibus ecclesie. quos iaz. habet vel habituri sunt res. dicens qd cū quicquid super est eorum visibus de prouentibus ecclesiarum debeat pauperibus ut dictū est supra. rñ. q. ii. gloria epi. r. rñ. q. v. si res aliena nō sufficit ecclesie restitutione de talibus fructibus facere cū habeant bona patrimonialia vel aliunde quā de ecclesia acquisita nisi quatenus subtraxerint si bi de necessarijs vel quando expende rint circa utilitatē ecclesie de bonis patrimonialibus aut aliunde quā p ecclesiam acquisitis. ¶ Tres si illi prelati seu clerici q nulla ex reb' suis patrimonialibus pauperibus xp̄i distribuūt. eter nū iudicis voce dānabuntur q̄to magis si qui auferunt pauperibus ecclesiastica bona. que nō dederūt. rñ. q. ii. r. si illi. Si nē dum clericus male consu meo vel qd min' mali est male seruans res ecclesiasticas. Sed r laycus res ppriās seruās ultra sumptus suos. cū sciat vel videat pauperes ledere raptores dicuntur p̄ amb. xvñ. di. sicut hi. ¶ Itē meretrices ystriones. r alte turpes p̄one predicte q̄ pascūt de bonis ecclesie et etiā cōsanguinei q̄ vt dictū est dicantur notabiliter ultra statū cōditionis. sue ad restitutionē tenentur cor̄ q̄ habuerūt de bonis eccle. nisi p̄dicte turpes p̄one receperint elemosinas quādo in necessitate erant. rñ. q. vi. si res aliena. r. lxxv. di. pasche. Diuites vero et potētes similiter tenentur quādo per fraudes vel mīnas vel importunitates nimia vel alias recipiunt sine iusta causa. Secus tamen p̄pter necessitatē vel hospitalitatem recipiunt. arg. xi. q. iii. quoniam multas. r. rñ. dist. quicquam? Similiter si sunt bene. meriti honesti. r spirituales viri presertim quia impen

derunt iam ecclesie suum seruitiū vel defendunt eam contra predones vel prestauerunt patrocinium in ecclesia vel dederunt de proprijs bonis et similia talibus enim tenetur ecclesia rependere incen. rñ. q. ii. quicumq. r ca. si. cui sic iniuriose ablatum est vel etiam eiusdem loci pauperibus si hoc expedire videbitur priuario. Si tamē penitentiarius super talibus disponēdis habeat potestatem. arg. xvñ. q. iii. si quis. inatrio. r hoc q̄ conueniens est pauperibus detur cum indigeat. r ecclesia sacra habundet alioquin si ecclesia pauper est. melius est q̄ in utilitatem ecclesie conuertatur.

### De restitutione turpiter acquisitorum.

**R**estituere tenentur in casu q̄ turpiter acquirunt. Sed nunquid possunt sibi prouidere. in aliquo casu ut retineant illud. Et dicens est q̄ in turpiter acquisitis vbi trāssa. est dominium in accipiente r nō competit repetitio illi cuius fuit res illa distingui potest. quia in his q̄ sunt p̄hibita q̄ mala quedam sunt que nō puniuntur a iure ciuili in forma iudicij nisi pena in famie vt ystrionatus r exercitium illorum qui pugnant in arena vel in disello. vel opere meretricum solutarius r in talibus. turpiter acquisitores retineri potest ad vsum acquirentis. Quedas sunt que puniuntur a iure per corporalem penam vel per extorsionem turpium lucrorum et taliter acquisita retineri non debet ad vsum acquirentis nisi concedatur ei a penitentiario causaquam alij pauperi. Sed debent in vsum pios erogari nisi forte restituta sint tam illis a quibus iam habita sunt vel nisi ille qui habet restituere velit eis a quibus habuit ad q̄tum

non tenetur et huiusmodi restitutio in foro penitentiali iudicanda est pro parte sanctificationis; et ideo illi late patet officium penitentiarii, et illi potest forte dispensare sicut in limitando tempus penitentie et mensuram ieiuniorum.

**I**n illis autem que sunt mala quia prohibita sunt sicut torneamenta et ne gociario clericis iurum aduocatio: vel medicine in casibus non concessis emere bladum vel vinum vel postea carum vendatur facere ferta de floribus ad vendendum quorumvis frequentius ad lasciuiaz mouet facere decores simplices ut inde gloriatur et similia. Si tamen talia sunt prohibita ex his causis acquisita retineri possunt et autem hoc distinctio videtur probabilis quod cum pene restringende sunt et qui nimis emungit elicit sanguinem verum credo quod licet in predictis casibus bonum sit et salubre quod penitens inducatur in foro penitentiali ad erogandum in pios usus taliter acquisita non est tamen compellendus nisi velit nec iudicandus est non esse in statu saluandorum. Si cum vellet huiusmodi penitentiis recipere nisi in casibus a iure expressis ut symonia de qua expressum est quod pecunia symoniaci restituenda est ecclesie, in cuius ignominiam est accepta licet hoc posset intelligi quando recepta est de bonis eiusdem ecclesie vel quando hoc agitur in foro causarum. Similiter cum quis aliquid accipit ut faciat damnus vel iniuriam vel calumniam alii: quia tunc non ille qui dedit repetere potest sed ille contra quem datus est. ff. de calump. l. et generaliter. §. j. quod tamen intelligitur in forma iudicii quam severitates non oportet obseruari in foro penitentiali.

**I**tem quid de muliere que recipit pecunias de opere carnali. Respondeo si recepit ab aliquo de rebus propriis non ecclesiasticis non tenetur restituere

etiam si sit monialis cui datum est sed acquiritur monasterio quod sic accipit honestus tamen est quod monasterium non retineat sed croget in pios usus. Si autem a clerico seculari datum est de rebus ecclesie facienda est restitutio ecclesie secundum quod magistri dicunt nisi episcopus velit dispensare cum illa que recepit quod retineat illud si secularis est mulier aut cum monasterio si regularis est. Si autem accepit a persona regulari de rebus monasterii quod presumendum est nisi constet de contrario, distinguitur autem recepit ab habente administrationem aut a simplici claustrali in primo casu facienda est restitutio monasterio vel priorati vel administrationi de cuius bonis datum est et potest fieri restitutio eidem persone quod dedit si adhuc remaneat in administratione illa maxime si iam credatur correctus vel securus est ei quod non redatur sed fiat quod dictum est. Si tamen tali non correcto facta sit restitutio liberata est que accepit. Si autem ammorus sit ab administratione illa aut si claustralis est simplex qui dedit facienda est restitutio monasterio vel priorati vel administrationi nec liberabitur si soluerit illi qui dedit nisi tunc demum cum conuersum fuerit in utilitatem monasterii prioratus vel administrationis nec poterit retineri a monasterio irregularis mulier. huiusmodi que accepit a regulari alicuius loci nisi de consensu abbatis vel conventus si magnum fuerit donum: aut abbatem solius si paruum aut mediocre. Quod autem dictum est de rebus taliter datis a personis regularibus idem intelligas de rebus datis a personis secularibus et laicis qui sui iuri non sunt. sicut est seruus et filius familias quando donat de rebus taliter etiam peculiaribus nisi illarum rerum ita liberam



babeant administrationes quod quasi paterfamilias possit disponere de eis dem. **I**tem dictum est de moniali respectu viri regularis teneas et e converso quando irregularis receperit a liquid a muliere regulari. **U**ir secularis qui recipit pro opere carnis a conjugata restituere debet marito si dedit illa de rebus dotalibus aut communibus. Si autem dedit de paternalibus ubi de consuetudine habent mulieres paternalia aut si mulier soluta sit si iur. dedit a marito aliquid de rebus propriis licet honestum sit quod illud expendant in pias causas non tamen credendum est quod teneatur nisi velit poterit etiam restituere ei qui dedit quod melius videtur si peniteat vel egeat. **N**unquid regularis persona restituere poterit aut eitate propria quod accepit pro carnali opere vel quod habet de furto vel rapina. **R**espondeo si cui quae competit dare ei repetitio. distinguitur quia si extat nota adhuc res data penes illum cui data est: sed non audeat aut timet. aut non potest impetrare quod fiat restitutio per prelatum collegii tunc restituat aut eitate propria secundum formam supradictam etiam contradicente prelato quia plus est obedendum deo quam homini. Si autem non extat. quia iam consumpta est. tunc inanis est actio quam excludit inopia debitoris. Si autem non est consumpta. penitus sed conversa est in utilitatem monasterii vel habet aliquid quod comparavit ex re sibi data. Sed non potest. vel non audeat aut timet impetrare quod fiat restitutio per prelatum gerat negum monasterii restituendo cui debetur ut dictum est. vel si fuit datum de bonis ecclesie secularis impetrando dispensationem episcopi. quod possit retineri a monasterio. vel erogari in pios usus. non

tamen contradicente prelato hoc faciat propter bonam obedientiam nisi sit illa res comparata de pecunia ecclesie aut persone privilegiate in hoc quod rem emptam de sua pecunia possit vindicare sicut milca et pupillus in quo casu etiam contradicente prelato potest eam restituere si eam habeat ut dictum est de re adhuc extante penes eam personam que accepit. **E**t mulier que de adulterio suscepit filium vel supposuit sibi alienum partum debet laborare quali tercumque potest. caute tamen ut legitimi heredes non fraudentur hereditate paterna. reuelare. n. simpliciter. marito vel ipsi spurio vel supposito non expedit absolute. nisi quod guerras homicidia et adulteria oriuntur inde nisi quod maritus forte dimitteret eam et non valentes fortiter continere adulterarentur alia multa peccata possent inde oriri: tum quia forte non crederet sibi. **E**t ex altera parte non videtur quod possit agere penitentiam vel esse in statu salutis durate tali deceptioe quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. xiiij. quest. vj. si res veruntamen propter hoc non est penitentia deneganda ei extra de penitentia et remissi. officij. Ita procedat. reueler in penitentia factum suum sacerdoti parochiali vel episcopo aut penitentiario eius. vel de licentia illius. alij forte magis perito si non audeat aut non vult parochiali sacerdoti confiteri propter aliquam probabilem causam: et postea cum ipso confessore vel etiam sine ipso reueler episcopo suo. Similiter in penitentia et tunc episcopus vel sacerdos discretus vel ambo simul inquirant diligenter et caute si ipse spurius vel suppositus sit homo spiritualis et timens deum et tunc eo vocato secrete coram muliere et si videbitur expedire recepit pro prius iuramento ab ipsa quod calump-

niose non procedit. et ab illo quod factum secrete teneat poterunt reuelare sibi et eidem consulere vt ingrediatur religionem vel transferat se ad longinuas partes vt sic nihil percipiat de bonis putatiui patris. ea autem que consumpsit de bonis predictis dux habuit bonam fidem credens se esse filium legitimum consulendum ē et vt restituat vel componat vel petat remissionem a patre putatiuo si viuit. si autem ab heredibus legitimis. nec tamē hoc per se faciat ne factus reueletur. sed per sacerdotem vel aliā similem personā. que hoc procuret tacitis semper personis et factio non tamē tenetur restituere vel remissionem petere de bona fide consumptis si non vult. si tamen non potest restituere componere vel remissionem petere vel etiam si potest: non potest de facili induci ad hoc dicendum est quod non debet precise cogi ad restituendum quia bone fidei possessores non tenentur de iam consumptis. C. de reu. l. i. c. i. u. Similiter si spurio vel supposito non potest reuelari sine periculo vel etiam si reuelatur secundum formam predictam non vult acquiescere consilio tunc iniungatur mulieri quod de dote et donatione propter nuptias et alijs rebus quas habet vel in futuro habere poterit satisfaccere iuxta posse post mortem mariti tamen quia maritus quādiu viuit habet administrationem dotalium rerum: debeat semper de peccato et quia non potest plene satisfaccere et proponat firmiter in animo semper quod satisfacciet: quā cito poterit et hec satisfaccio fiat mediante penitentiario. vel persona religio sa secrete vel caute que potest vti huiusmodi verbis. Quedam persona tenetur nobis in hoc accipere: erit autem in bono statu ar. xxij. q. v. hoc videtur. et extra de penitentiis. et remissio. officij. vbi de hoc in plu-

ribus glossis ibidem positus. ¶ Item nunquid tenetur aliquis petere veniam vel dilationem ab illis quos predicato modo vel alio damnificauit quando restituere non potest respondet eo quod quod damnificatus est ab aliquo quocumque modo indebit et scit quia damnificatus est: Dicendum quod debet veniam petere per seipsum si potest: quia damnificauit si audeat vel per aliam personam si non potest aut non audeat per se quod tamen persona subdicere debet nomen et circumstantias persone pro qua intendit si per expressionem periculum vel scandalum timeatur qui tamen offendit aliquem tum eo ipso offensus habeat aliquid aduersus eum: debet ire et reconciliari fratri suo secundum quod habetur in euangelio: ire inquam per se vel per alium vt dictum est. ¶ Si autem qui damnificatur nec scit hoc nec scit credendum est quod licet tunc sit petere veniam vt dictum est quādo non potest satisfaccere non tamē tenetur: quia non est in mora in hoc casu quo ad iudicium diuini. ¶ Si autem satisfaccere potest semper est in mora: donec satisfaccerit aut dilationem impetrauerit. hoc autem credendum obseruandum esse vbi aliquis debitor est alicui ex contractu vel quasi. Similiter et distinguendum est hic. et etiam obseruandum est in regularibus qui recolunt se esse debitores. alicui ex eo quod fecerunt in seculo. ¶ Item quid de filiis illius qui viuere terrore sua adduxit aliam tam ipso super dicta sciente impedimentum quod inquam de filiis susceptis. de secundo matrimonio illorum quod possunt succedere in hereditate patris: an tenentur totum restituere filiis primi matrimonio: aut alijs veris heredibus. aut sufficiat quod tantum reddant eis quod teneant se pro pagatis cum parum sufficiat eis



cū iā pauperes sint credunt totū ami-  
 sisse. Respondeo si prescripserint cū bo-  
 na fide non tenent aliquid restituere  
 maxime si adduc post opletam prescri-  
 ptionem retinent bonas fidē si aut nō  
 est completa legitima prescriptio renē-  
 tur totam hereditatem cum fructibus  
 mala fide consumptis restituere quan-  
 tuncūq; oporteat eos indigere vel mē-  
 dicare nisi q̄tum suicit eis, datum vel  
 remissum a veris heredibus: et hoc  
 quando parati sunt huiusmodi posses-  
 sores sine dolo et fraude totum eis re-  
 stituere si velint recipere. ¶ Tres quid  
 si mulier habet filios, vel filios de adul-  
 terio occulto: potest, ne eos facere he-  
 redes: saltem in partem hereditatis  
 sue, cum legitimis filios non habeat,  
 vel si habeat nunquid possunt de con-  
 sensu eorum quasi legitimi admitti ad  
 dit. in sit. quibus non est permittum.  
 fa. te. per totum. Similiter nec dam-  
 natus ad mortem nec obef loco capti-  
 uorum vel pro pace datus hostis: pō



puli romani vel econtra nec damnat  
ob carmen infamofum nec qui de fra  
tu suo incertus est. siue liber siue seruus  
fir. nec illi quibus lege interdictum  
est bonis: vt heretici et rei perduellio  
nis. ¶ Item in testamento ceci debet  
esse septem testes: et vnus tabellio q̄  
scribat testamentum: si non est ibi ta  
bellio debent esse octo testes et debet  
dilucide voluntatem suam declarare:  
et in heredibus et in legalibus et om  
nia in scriptis redigant et testes debet  
subscribere et signare cum sigillis an  
ulis testamentuz vt. C. qui testa. facere  
possunt. l. hac consultiissima.

**Quo tempore confirmatur  
testamentum. *§. Infirmat.***

Testamentum confirmatur mor  
te testatoris tamē ante mortem  
quandoq; mutari possit etiaz si pacto  
conuenerint ne mutetur. C. de pact.  
l. pactus q̄ doralis et ita si testamentū  
sit per principem confirmatum. C. e.  
ti. l. omnium. ¶ Item testamentum  
et vltima hominis voluntas ratiōabi  
lis immobilis percucrat et in morte  
testatoris tantum confirmatur ex. eo.  
tu. tua nobis vbi de hoc in glo. que oīo  
et de cele. mis. cum marthe. r. r. q. h.  
vltima voluntas et. C. de sacro. ec. l. j.  
¶ Item infirmatur p̄mum testamē  
tum p̄ scōm insti. quibus mod. re. §. si  
quis. hoc ei fallit intestō inter liberos  
q̄ p̄ scōdā dispositiōnē nō tollitur ni  
si testator in scōdō testō declarat p̄  
mū testm̄ non valere. C. de testa. in au  
tē. hoc inter liberos. Similiter fallit  
cum quis in p̄mo testō interdixit sibi  
licentiam itē testandi. nam in hoc te  
stamēto nō tollitur p̄mum nisi in se  
cōdō de p̄iori mēto habeatur. ff. del.  
m̄. si quis in p̄m. ¶ Similiter infirma  
tur testamentum per agnitiōnem filii

p̄ scōdī testi cōsecratiōe q̄ mere p̄ scō  
r̄ quantū ad solēnitatem iuris r̄ q̄ in  
eo instituti s̄nt illi q̄ p̄teriti dicēt  
testm̄ ipso iure nullū naz si in p̄o testō  
p̄teriti s̄nt filii in potestate testato  
ris: cōstituti cum ipso iure nō teneat se  
cundū nec recipitur siue r̄cipitur p̄mū  
insti. quibus mo. re. §. j. r. h. r. ff. de vul  
ga. s. b. l. si q̄s vel. ¶ Itē infirmat testa  
mentū p̄ capitis d̄minutiōnem: ipius  
testatoris. insti. eo. r. §. alio q̄s. ¶ Si  
militer si testator mortis sibi conscie  
rit. C. de bonis qui. mor. sibi conscie.  
l. j. ¶ Similiter r̄cipitur testm̄ per bo  
noz pos. contra tabulas et p̄ querelas  
inofficiosi. ¶ Item irritum est testm̄  
ipso iure si non legitime factus est. C.  
eo. ti. l. ex imperfecto. Similiter si fili  
us in patris potestate constitutus p̄ter  
eatur. ff. d̄ in iusto. rup. re. l. j. vnde sic  
dicit̄ potest testamentum de ipso iure  
nullum vel repugnari potest per que  
relam in offm̄. ff. de inoffi. testa. l. iij. ff.  
emācipatus ex pugnat de iure p̄terito  
sc̄z per bonoz pos. contra tabulas ne  
mireris si aliud in suo et aliud in emā  
cipato nam licet alias dicatur sublatā  
esse differentiam emancipationem et  
patrie potestatis. vt in auten. de here.  
que ab inte. §. nullam vero. et institu.  
de heredi. libe. §. nostra autem verum  
est: quoad hoc vt tam ille quas ille ad  
mittatur contra patris testamentum  
et quilibet suo iure.

¶ Item testator potest bene institue  
re pauperes suos heredes. C. de epis  
et clericis. l. si quis ad ordinandum.

**De effectu testamenti et vlti  
me voluntatis.**

Testamenti et et vltime volunta  
tis effectus est vt ei oīo sicutur. r. ff.  
q. in vltima et extra. eo. tua nos quidē  
vnde voluntas testatoris vltima pro  
lege habenda. in autenti. de nup̄t̄is.

## Summa monaldi.

**§. disposita.** **¶** Item testatoris voluntas. **¶** e. annuū debet executionem mandari. **C. de fideicomis. l. amplius. hoc et ext. e. titu. nos quidē. vbi de hoc.** **¶** Item si ultima voluntas defunctorum testatoris per heredes non impletur. tunc per ep̄m loci adimpleri debet. **xy. q. j. admonere. et ext. e. titu. nos quidem. C. de episcopis et clericis. l. nulli.** Similiter omnia relicta heredibus eius fructibus. inde perceptis interdicanur p̄ ep̄iscopum loci nisi infra annum vota impleantur defuncti. **xiij. q. ij. vltima. et ext. eo. titu. si heredes vbi de hoc et C. de fideicomis. in aut. amplius.** **¶** Item de sensio et executio testamētī pertinet ad ep̄m loci vt voluntas defuncti seruetur de peten. here. l. hereditas. **§. si defuncto et ext. eo. titu. si heredes. et c. iohannes. et capitu. nos quidē. et hoc maxime de re licis ad pias cās. et. eo. tit. tua nos. vbi de hoc in glo. nota q̄.** **¶** Item commissarij testatoris compellendi sunt per ep̄iscopum loci ad exequendā voluntatez defuncti in relictis ad pias causas vt in dicto capitu. tua nos in glo. **¶** Item si heres testatoris extraneus non adimplet voluntatem defuncti: p̄iuetur successione. **C. de fideicō. l. vlti. in fi. et xy. q. j. si videtur.** Si vero est filius institutus heres et non adimplet voluntatem patris p̄iuetur et ipse successe dē legitima tamē sibi reseruata. **ext. e. r. si heres vbi de hoc in glo. C. de fideicō. aut. ampli.** **¶** Item testator potest imponere penam si sue non paruerit voluntati instituti. **deleg. pene q̄s. et. §. vlti. et C. de hīs que causa pene. l. vna.** **¶** Item testator dicens exheredo filium meum nomine proprio non exp̄esso cū plures habeat filios. nullus heres erit exheredat. **C. ff. de lib. et posth. l. et post noīat. et ff. de re. insti. in tempore. §. quotiens.** **¶** Item testamenta sunt largissime interpretanda **ext. de dona. cum dilec. in fi. nec pōt**

facere testator: q̄ leges locum non habeant in testamento suo. **ff. de elec. nemo potest. et C. de condi. instru. l. ij. et tra de foro compe. si diligenti. et de testa. tua nobis.** Similiter testamentoū solemnitas nisi obseruetur s̄m leges vt fiant cum subscriptione. vñ. testium siue: quicq̄ nō valet testamētū in foro seculari. **C. eo. titu. l. si vnus. et l. vlti.** Sed tamen in foro ecclesiastico i relictis ad pias causas. **ext. e. titu. cum esses vbi de hoc in glo. super relictis.** **¶** Item si q̄s legat bona sua in fuga cōstitutus exp̄sas legatarū quam debet h̄mōi legatuz quia eius est onus cuius est emolumentum. **C. de cadu. tol. §. proximo in fine.** Quidam tamen dicunt q̄ ad exp̄sas hered. **ff. deleg. j. cum seruus. et l. sequens. d. et ar. ext. eo. titu. iudicāte.** vbi de hoc in glo. pone q̄. **¶** Item si testator iussit alicui q̄ domum manibus suis construeret vel pingeret non potest ille per alium construere vel pingere quia videtur industria persone fuisse in hoc electione. **C. de cadu. tol. §. si vero. et ext. de offi. deleg. capitu. vlti. vbi de hoc. in glo. sic patet q̄.** **¶** Item si qui reliquit in testamento duos tutores eiusdem nominis nec apparet de quo senserit neuter erit tutor. **ff. de testa. tute.** **¶** Item si re liquid in fabricis ornamentis et quibusdam alijs que continentur **ext. eodem titu. capitu. vlti.** non potest tamen inde canonica portio vedicari nisi fiat i fraudem vt in capitulo supradicto. Similiter qui reliquit relinquat vnam vestes alicui et non determinat quā vestē eius plures habeat quorum vna melior est altera optio erit legatarū s̄m quosdam **ff. deleg. j. l. si domus et meli. l. q̄ duos. alij contradicunt. ff. de testa. l. si quis a filio. §. si quis. et dicunt q̄ sit hoc in optione heredis et hoc verius videtur. **C. de condi. indebi. l. si quis seruum. et. ff. deleg. j. l. legato quibus statur iura vñ****



yo primo allegata loquitur quando he res est in mora. De hñs habes ext. eodē titulo. iudicante. in glo. sa. pone q.

¶ Item si testator sciēter legat rem alienam tenet heres eius hz leges rem redimere vel legatario precium dare si res sit talis q̄ vendi possit al̄s secus in situ. deleg. §. non. soluz. 2. §. q̄b̄ autem. Similiter si rem alienam ignoranter legavit huius legatum nõ valet nisi tñ legator coniuncte persone. C. dele. l. cñ aliena. sed legatarius debet pbare sciētiā in precedenti casu. institu. deleg. §. q̄ autem. 2. ff. de proba. l. numerus. Sed sc̄m canones non potest quis legare rem alienam maxime ecclesiasticam. De hñs habes ext. eodem titu. si lius videtur in glo. cum quis. ¶ Item qui iudeis hereticis ⁊ paganis aliquid in testamento legavit debet excom̄nunicari etiam post mortem. xxiiij. q. ii. sane. ext. de hereti. si quis. vbi de hoc in glo. sic. xxiiij. ¶ Item nota q̄ si testator relinquat aliquid episcopo sub illa conditione q̄ illo sit contentus et ep̄s illud acceptavit non potest de alijs petere canonicam portionem ne factum esset in fraudem. ext. eodem titulo offic. Similiter si reliquit episcopo intuitu persone tunc ecclesia nil habet de illo loquimmo potest ep̄s q̄ si voluerit inde facere testamentum. ext. eodem tit. requisisti. §. ultimo. vbi de hoc in glo. Sed que est. ¶ Item si reliquit aliqd̄ ecclesie tunc episcopus potest de hoc petere portionem. ext. de sepul. capitu. ii. et capitu. cum super. ⁊ capitu. certifica. ri et de testa. requisisti ⁊ si relinquit aliquid episcopo et sine proprio nomine extraneus testator presumitur intuitu ecclesie sibi esse relictum. Secus tamē si consanguineus esset si vero reliquat aliquid alijs clericis quā prelati presumitur illud esse intuitu persone relicti nisi hoc faciat in fraudem ext. eodē tit.

requisisti. vbi de hñs i diuersis glo. idē. ¶ Item nota q̄ fin testamentū factus sub conditione quelibet nunq̄ erit. potest tamen esse rup. primum. ff. de intul. sto. rup. e. l. cum in sc̄do in fine. Similiter signari potest testamentum a nullo alieno. C. eodem titu. l. si minus. Itē licet non videatur decedere in testatus qui extremam voluntatem in alterius dispositione cōmittit. ex. eodem titulo cum tibi. Secus tamen si cōmittatur alterius voluntari vt si dicam institutio heredem sup se noluerit est cñ institutio captatoria. C. de mili. testa. l. captatorias et est ratio quia in hoc casu testamentū expresse cōmittitur arbitrio alieno. si in primo tacite et ideo illud sine ius diuersum. ff. diuer. iusti. l. illa. ⁊ l. si quis.

¶ De hñs que non ponenda sunt in fine testamenti ad m̄iorem infirmitatem.

¶ Testator quando dubitat q̄ testamentū suū non teneat vel q̄ non obseruetur propter defectum testamenti quia non est rite factus vel quia quādoq̄ licet teneat de iure cñ filij vel alijs debent illud obseruare non obseruant de facto aliquando etiam dubitat vtrp̄ se testator ad suasionem alicuius volo sam faciat aliud testamentū per quod rumpatur primum et ideo ita debent dicere in fine testamēti sui. hoc est testamentum meum q̄ volo valere iure testamenti et nullum alium et si non valebit iure testamenti saltem valeat iure codicillorum et cuiuslibet alterius voluntatis vltime et q̄ precipio obseruari ab heredibus meis et ab omnibus alijs quos grauari possum. ff. ad trebel. l. l. seuola. ⁊. C. de fideicom. l. cā quā. et. C. de codicillis. l. vlti. et q̄ p̄sint ista verba habetur. C. de liberis preteritis

super aut. ex causa. ¶ Itz si aliquis eorum non obseruauerit vel contrauenierit quoquo modo de facto vel de iure ad vno ei quicqd sibi quocunq modo vel iure reliquit in hoc testamento et illud totum transferri et deuenire volo in pau peres xpi. vel in talem ecclesiam. C. de hys que pene nomine. l. vna. ¶ Itz si contingerit reperiri aliud testamentum vel aliam ultimam voluntatem post illud nolo valere nec obseruari. nisi sit ibi insertus totus tenor huius testamenti de verbo ad verbum et nisi sint illi testes duos fratres minores et nisi ponatur in eo hec verba aue maria. et gloria in excelsis deo. et alia hmoi quo casu hz testamentum non valebit nisi testator faciat hm qd continetur in primo testamento. Vel ita dicat in scdo. hoc hm testamentum et ultimam voluntatem valere volo. et non aliud qd ante sedi no obstantibus hys derogatorijs postis ibi cutuscunq tenoris existant: qz specialit penitet me illius voluntatis nec volo. B obseruare formam et solemnitatem qm ibi expressum posterioribus voluntarijs obseruandus. Vel nisi sic dicat hoc est meum testamentum qd solum valere volo et siquidem aliud testamentum vel ultimam voluntatem feci in illo eum valere volo. nec vt testamentum nec vt codicillum. nec vt aliq aliam ultimam voluntatem sub quacunq verborum expressione vel formam consistat vel etiam si dicatur in ea qd ei per aliud testamentum vel ultimam voluntatem ne queat derogari nisi totum. tenorem illius contineret de verbo ad verbum vel certe persone ibi expresse fieret penitet em me specialiter illius voluntatis nec volo hic obseruare formam et solemnitatem qua expressi seruandam. ff. de iure codicillorum. l. diuus. et ff. de leg. i. si michi et tu. §. in legatis. et ff. de leg. i. l. si qd in prin. et qd in dictis legibus vocatur.

De fideicommissarijs et executoribus testamenti.

¶ Testator simili facere fideicommissarios ad soluanda delegata pro anima et malis ablata debet eis plena et libera potestatem apprehendendi reciperandi in iudicio et ext. obligandi vendendi et alienandi tm de bonis suis quacunq voluerit qd plene et integre possit solucre omnia legata p anima et mala ablata et insuper expsas quas fecerit edicione predictorum: et si non confidit plene de fideicommissarijs qd satis facerent que magis expediunt anime testatoris dicat qd ipsi omnia faciant hm consilium alicuius specialis et discreti viri nominando ipsam et dicat qd illud qd non consilium eius fecerit irritum est fit quo casu nil valebit qd fiet nisi fiat hz eius consilium. vt. ff. de adm. tuto. qui dam decedans. §. popo. et l. tycif. et meuium. in prin. et ext. de elec. curium. veteri et debet illi specialit viro plenam et liberam potestatem qd possit mutare fidei commissarios et alios subrogare. quoniam ei videbitur expedire quibz subrogatis debet rande in omnibus potestatem vt primis concessit iubens ratum et firmum haberi imperpetuum hz hm consilium discreti spsialis viri factum fuerit per eos qd talis omissio facta illi spiritali viro de fideicommissarijs mutandis et subrogandis valeat in fauorem anime de canonica equitate est ar. ext. de testamentis. capitu. cum tibi. ¶ Itz in hysque relinquuntur pro anima hoc est speciale. qz cessat i eis falcidia. ideo testator potest totam hereditatem suam ex haurire legatis relicta pro anima saluis solummodo licentia liberis vel parentibus siue pauperibz vt. C. ad. l. fal. aut similitur fal. ¶ Item idem dico in male ablatiis collectis incertis. Nam i illis cessat falcidia quia bene potest dici pro anima legata. multo magis quam alia



legata et post vici relicta ad pias causas quia ad liberandam animam testatoris tamen non puto quod propter ista male ablata incerta si probari non potest liberi vel parentes si volunt consentire possunt fraudari legitima: quia sic posset testator de leui fingere male ablata multa ut fraudaret predictos legitima sibi data iure nature quod iniquum esset quia si talia male ablata non possunt probari non tenet filius vel alius heres illa soluere ut debitor seu ut es alieus num. sed ut legatur. C. de falsaf. causa. l. ii. r. ii. et ideo bonum consilium quod testator: ipsozum dum vivit satisfactor vel faciat quod filius se obliget ad soluendum illa in solidum non detracta legitima quo casu tenebitur. ar. insti. de excusat. siue detractio. tu. §. sicut per contrarius et. C. de inoffi. test. l. si quando. et. ff. de excu. tuto. l. spadonem. §. i. si autem non potest ad hoc filium inducere consulo quod non faciat testamentum. sed faciat codicillos in quibus ordinet quod omnia bona sua distribuantur pauperibus pro male ablati incertis affirmans quod sunt plura male ablata quam omnia sua bona. Similiter male ablata circa que ca probari non possunt relinquat ea illis personis a quibus habuit iniuste sed male ablata est ea que probari possunt sicut es alienum. peccati enim venia non datur nisi correcto et peccatum non dimittitur nisi restitutum ablatum de regulis iur. in vi. vnde si nesciret cui esset ablatum restituendum consulerem pauperibus erogari.


## De testibus.

Nunc agendum est de testibus qui possunt esse testes et quando et quomodo non. Quot testes requirantur in omni causa. Quid vitare debet quando et quotiens sunt producendi de quibus inter

rogare debent et in quibus concordare et an post publicam rationem possunt plures produci.

## Qui possunt testes et qui non.

Testes possunt esse omnes qui non prohibentur. ff. eodem ritu. l. i. et extr. eodem ritu. capitulo. i. ubi de hoc in glo. ydoncus edictum. h. de testibus prohibitorius est ut in dicta. l. sicut edictum de procuratoribus. ff. de procuratoribus l. mutuis. Item testes antiquitus superstites dicebantur eo quod super se statum proferebant tunc vero a parte nominis ablata testes dicuntur. extr. de verbo. significatio. forus. Item vi. sunt in testibus maxime attendenda que hinc versibus continentur. Conditio. seruis. etas. discretio. fama. Et forma na fides in testibus ista requires. conditio scilicet an sit servus vel liber servus effici a testimonio repellitur quia sepe metu domini superemittit veritatem. extr. de verborum significationibus forus. §. testes. et. iij. questio. iiij. §. i. Item in criminali ut. C. eodem ritu. l. qm lib. Unde si servus testis est ab alio servo contra quod inducitur reprobari potest quia servus testificari vel accusare non potest etiam manumissus contra ecclesiam cuius fuit vel est servus alioquin debet in servitutem reduci. extr. de servus ordinatis de fam. l. servus cum distinctione aut. C. eo. titu. si non dicatur. Fallit autem hoc cum de facto sequeretur non cum pro domino. vel contra dominum. iij. q. iiij. §. i. Item cum criminali. Similiter admittitur in defectu testamenti. sed cum tormentis ut in dicto. §. in veru. Item servus requiritur quia femina non admittitur ad testamentum in criminali. xxxij. q. v. muliere et extr. de verbo. signi. forus. §. testes In quibus autem bene admittitur. xvj. q. iiij.



§. ex eo. r. ff. eo. ti. l. ex eo. Similiter mu-  
 lier admittitur in testimonium cum civili-  
 ter agitur de crimine etiam contra cler-  
 icos de adulterio infamatos cum in mo-  
 dum inquisitionis seu exceptionis agit.  
 ext. eo. r. qm̄ vbi de hoc glo. r. sicut mu-  
 lier. r. ca. cum mulieris. ¶ Item etas requi-  
 ritur quia minor. r. iij. an non admittit  
 etiam in civilibus. iij. q. iij. ca. j. in crimi-  
 nalibus autem non admittitur minor. r.  
 anno. iij. q. iij. ¶ Item in criminali  
 ver. ¶ Item in testimonio. ¶ Item discre-  
 tio requiritur quia furiosus et mēte ca-  
 prusa testimonio repellunt sicut ab offi-  
 cio iudicandi. iij. q. vij. §. tria. ¶ Item sa-  
 ma requiritur ut sit bone fidei quia sine  
 vita bona defuerit fide carebit. ext. e. r.  
 testimonium r. de ver. sig. for. in fi. ¶ Item  
 fortuna scilicet vtrū sit iocundus vel egenus  
 iij. q. iij. §. ¶ Item in criminali ver. si re-  
 flex. Similiter fides requiritur quia infide-  
 lis contra fidelem non admittitur. ij. q. v. ff.  
 si hereticus r. xij. q. iij. ipsa pietas nec  
 tenet lex. C. de hereticis. quādoq; in fi.  
 nec obstat. extra eo. r. in dei q. vbi ihoi-  
 citur factū notat non ius ponit. ¶ Et ex  
 post sex predicta debet attendi fides no-  
 bilitas et dignitas testium quia numerus  
 in testibus non preualens semper ext. e. r.  
 in nostra vbi de hoc glo. super trarie  
 tatem r. in alia vel salte r. de renūc. su-  
 per hoc r. iij. q. iij. §. si testes. r. ij. §. seq.  
 ¶ Item testis sine macula debet esse vnde  
 de si cōvincatur de crimine repellit de-  
 bet extra. eo. ti. testimonium vbi de hoc  
 glo. qui em̄. in iudicio r. ca. sup. eo. et de  
 excep. ca. j. ff. testes criminosis si sūt emē-  
 dari recipiuntur i causa civili r. etiaz cri-  
 minali. si civiliter agitur dummodo non  
 sint infames vel per iuri ut in dicto cre-  
 stimonium vbi de hoc glo. r. tamē. vnde  
 testis potest se probare de crimine em̄  
 datus esse ext. de excep. ca. j. r. ca. deniq;  
 vbi de hoc glo. vnde repelluntur et hoc  
 probare. potest sicut quosdā per sacerdo-

tem. sicut argu. l. di. j. in capite. r. ff. q. i. h  
 peccaverit in fi. r. ex. de symonia. nemo  
 ex detestibus testimonium. vbi de hoc  
 glo. ca. cum grauata. ¶ Item criminosis re-  
 cipiuntur contra infamatum de heresi r. s.  
 mo. diuino de sint catholici r. ext. de sy-  
 rata. r. c. per tuas. l. vbi de hoc in glo. di-  
 uersis. r. ca. si domus infidelis sine du-  
 bhis in fide non admittitur contra fidelem.  
 ext. eo. ti. iudi. vbi de hoc glo. de facto  
 et de hereticis. c. j. vbi de hoc. ¶ Item re-  
 flex minus ydonei admittuntur propter  
 defectū probationis qui alias repellit-  
 tur. C. de heret. l. vlti. r. extra. de elec. cum  
 dilectus vbi de hoc glo. testis tamē non  
 efficitur infamis. nec etiam punitur. licet  
 crimē in modū excep. probetur ext. de  
 ordi. cog. cum dilectus. vbi de hoc. Si-  
 militer testis reprobasur eo ipso quod  
 dicit sciēter iudicari contra ipsum. arg. in  
 dicto. c. dilectus. in fi. ¶ Item in causa  
 sua non recipitur quis ad testimonium  
 principaliter vel secundario. C. co. ti. l. ol-  
 bus. vnde veditor i ca rei veditō non re-  
 cipitur pro emptore. nec debitor i cau-  
 sa reijveditō recipitur pro emptore ne-  
 q; debitor in causa pignoris pro creditō-  
 toze. ff. de ap. l. ab executor. §. alio. r. ff.  
 quando appel. sit. l. ij. §. si alioq. Fallit  
 hoc in legataris r. fidei cō. qui ferunt  
 testimonium in causa testamenti cum agitur  
 de hereditate. non cum delegatis. l. fidei  
 cō. nec obstat quod alias dicitur veres. §.  
 iudex r. testis inuenitur. C. de fidei com-  
 miss. l. vlti. ibi em̄ in pprie loquitur. scilicet  
 cum iuramentum defertur actori. ¶ Item  
 testis etiam non debet in causa appellatio-  
 nis procuratoris appellatis. vel ille qui sic  
 advocat' eius in iudicio prior ext.  
 co. ti. romana. vbi de hoc. r. C. de offi-  
 l. nemo in fi. testes tamen in principal  
 causa appellationis iterū reduci r. etiam  
 alij testes induci possunt cum eis sup no-  
 vis capitulis seu articulis cum gerit'  
 ext. de fide litru. c. iobanes vbi de hoc.



etiam de testi. fraternitatis vbi de hoc in glo. tendētibz. ¶ Item testis q̄ habet causam similē cum iudicario suo suspectus habetur et recusari potest ex. eo. titu. personaz vbi de hoc. ¶ Item mulier testificari nō potest in causa criminali testamenti. xxxij. q. v. mulier em et ex. de ver. signi. forus. ca. vlti. Similiter qui testem vel instrumentum inducit p̄ se tenebitur illud recipere si dicat aliquid contra se. arg. ex. eo. ti. p̄sentium vbi de hoc. ¶ Item testis debz esse persona cōmunis et pro vtraq; parte puram et micram debet dicere veritatem. iij. q. ix. hortamur et. q. iij. nullus alioquin qui malozelo mor̄ testis esse non debet. ex. de accusa. cum oportet et de symo. per tuas. j. r. q. j. conspiratio viri. ¶ Item in collegiis et corporibus aliqui eorum in causis vniuersitatum ferre testimoniū possunt vnde prelarus canonicus et clericus in causa ecclesie sue testis esse potest. xiiij. q. iij. super prudentia et ex. eo. r. super vbi de hoc et denunciatus. r. c. mis. et hoc ideo qz esse vniuersitatum nō sunt singulorum licet commodū singulis tāgat. xij. q. ij. qui manumittitur. r. ff. q. cuiusq; iuris l. sicut municipiū. ¶ Item testis p̄t esse p̄tor qz testimoniū dicere dz. iij. q. iij. §. j. ¶ Item in criminali et de hoc habes ex. eo. ti. dilecto in glo. et male. Similiter testes esse possunt socii criminis cum agitur in modum inquisitionis quia licet nō faciant plenam probationē faciunt tamen presumptionem ex. eo. r. quoniā vbi de hoc in glo. et si videtur si mulier socii criminis recipitur ad detegendam conspirationem. ex. de test. cogen. venerabilis vbi de hoc in glo. sed noster. ¶ Item denunciatio in causa denunciationis recipi debet pro vno teste. ex. c. ti. in omni negotio vbi de hoc Similiter obscuro et ignoti nō admittuntur

siue tormentis. in autē. eo. ti. §. san-  
 cimus similiter executores negotiorum  
 ex. eo. ti. in super. r. ff. e. l. vlti. ¶ Item  
 testes non possunt esse domestici famu-  
 liares et omnis quibus altera partium  
 imperare potest quia tota familia po-  
 test per dñm recusari. C. si quacūq; p̄-  
 di. po. l. vna. r. c. r. in litteris vbi de hoc  
 ¶ Item nō admittitur quis in causa  
 cōmuni quia causa cōmunis duorum.  
 vtriusq; r. arg. ff. de ritu nup. l. illud et  
 C. eod. ti. l. quoniā liberi. §. idem iuris.  
 ¶ Item testes singulares nō probant  
 per se sine presumptionibus et admini-  
 culis aliis. ex. de elec. bone. j. vbi de hoc  
 in glo. et si esset. r. ca. cum dilecti in fi. Si  
 mīlīter testamētum de auditu sufficiat  
 in casu cum fama vt cum vir accusat vro-  
 rem de adulterio ad thori separationē  
 dicens eam cognouisse consanguineus  
 suum et pbat hoc per testes qui audie-  
 rant adulteros cōmisceri iuxta tenues  
 parietem sed nō viderant ex. eod. titu.  
 p̄terea vbi de hoc in glo. quia forsitis  
 vbi enī nō profunt singula simul mul-  
 ta collecta vniunt vt ibidem dicitur et  
 ex. de presump. illud vbi de hoc in glo.  
 nora p̄ talibus. r. ca. litteris. r. ca. tertio  
 ¶ Item pater filio et filius patri testis  
 ydoneus esse nō potest. iij. q. iij. §. vbi  
 in criminali r. ff. eo. ti. l. testis et nomine  
 patris iuris cōtinetur sicut et patroni  
 nomine patroni ff. de verbo. signifi. l.  
 patroni. Admittuntur ad testimonium  
 pater et mater pro filio cū queritur de  
 etate vel de natiuitate filij. ff. de pba. l.  
 etiā. r. ex. qui filij sunt legit. r. misse. r.  
 c. per tuas. Similiter vbi agitur de im-  
 pedimento matrimonij ratione con-  
 sanguinitatis vel affinitatis. quia tunc  
 duo vel tres de cōsanguinitate possūt  
 admitti et si propinqui defuerint: me-  
 liores etiam seniores vicinie debent ad-  
 mitti super hoc testimonium ferri. ex.

## Summa monaldi.

eo. ti. quotiens. et ca. super eo. n. vbi de hoc in glo. et ita videtur. ¶ Item testes super consanguinitate dari debent assignare gradus ab utroque latere vel aliquas personas saltem in gradibus nominare et huius rei veritatem dicere debent se accepisse a maioribus suis, et credere ita esse alioquin eius testimonium non valeret. ext. co. ti. quor. in fi. vbi de hoc in glo. bodie non videtur. et ca. licet em et. xxx. q. vi. ca. i. et si. sed si agatur in matrimonium, sic contractum vel non tunc admittuntur cum dilectione, scilicet vbi vir est superior diuitis vel genere, ext. co. titu. super eo. n. vbi em est matrimonium extractum non separatur nisi per legitimos ut in ca. super eo vbi de hoc in glo. et ita videtur. ¶ Item pater et filius in eodem testimonio possunt esse testes similiter duo fratres. iij. q. iij. §. j. ¶ Item in criminali vbi pater. Que dam tamen persone sunt que aduersus conuictos suos testificari non coguntur iij. q. iij. ¶ Item in criminali verbosi. ¶ Item in lege. ¶ Item testes synodales debent circuire prouinciam et que inueniunt debent ad consilium reportare et tales debent esse honesti et discreti quibus merito sic credendum debet procurari a parochiis ad quos vadunt. ext. de accusat. sicut olim vbi de hoc in glo. isti erant. Similiter propter superuententem infamiam renoueri debet testimonio ferendo sed non sententia lata quia infamia vel delictum superueniens non viciat quod est legitime factum arg. ext. de eo qui cogno. consang. vxo. sue. discretionem vbi de hoc in glo. arg. et ca. tue. ¶ Item iuramentum quod fit in synodo extenditur et durat versus ad fines officij sui siue coram ordinario siue coram delegato causa tractetur sicut iuramentum de calumnia extenditur ad omnia que causas contingunt

C. de iureiur. l. dñi modo alias. et ext. de testibus cogend. preterea vbi de his in glo. diuersis. ¶ Item de dono acrioris vel accusatoris testes non debent produci. iij. q. v. per testes totum et ca. eo. titu. l. etiam. ff. eo. ti. l. penulti. ¶ Item testificari non possunt contra clericos in criminali causa viles persone. n. q. i. in pñmis et ext. co. rit. venies. i. vbi de hoc in glo. sed cum crimine quod testificationes et probationes in crimine apertissime debent esse ibi dicitur et ca. de proba. l. iij. et v. q. vi. epiphianiam.

### ¶ Quot testes requiruntur in communi ad minus.

**T**estes duo ad minus requiruntur sed ordinem iuris in omni causa ext. co. titu. licet. n. vbi de hoc in glo. quod ille non in quibusdam tamen casibus plures requiruntur quia. vii. requiruntur in testamentis. C. de testa. possit. l. hac consultissima. Similiter. v. in codicillis. C. de codicillis. l. vlti. et l. sumus nisi forte ista correcta per illa capitula videantur. ext. de testa. cum omnes. siue cum iesses. et ca. relatum. sed ista duo capitula intelliguntur in relictis ad pias causas in quibus minor solennitas sufficit ut ext. de testa. iudicare quia ratiomen dicunt quod leges locum habent coguntur in foro seculari. ¶ Item. v. requiruntur testes in donationibus causa mortis. ff. de dona. causa mortis. l. et ti. in casu quem habes. n. q. iij. presul. et extra. de testibus siue de testi. l. licet vbi de hoc in glo. l. non paucorum. Similiter. v. exiguntur cum quis debitor inscriptis vult probare se soluisse patres. C. eod. ritu. l. restitui. ¶ Item plures quod. vi. exiguntur cum presul accusat. n. q. iij. presul. Similiter testes cum datur contra instrumentum debent. iij.



ad minus esse de tabellione quia tabellio equivaleret nisi testi, plus in instrumentum uno ad minus. argu. ext. de fide instrumentorum cum iohanes. ex. de proba. tertio in glo. de hoc ergo. ¶ Item vnus testis in causa non sufficit. iij. q. iij. §. j. ¶ Item criminali verb. vnus vero ¶ Nam dictum vnus tantum non iustificat. nec condemnat. xxxij. q. ij. admonere. ¶ Vnus tamen testis sufficit in casu si alie presumptiones ad sint. ext. de success. ab intest. ca. vlti. vbi de hoc. in glo. solus testis et de presump. litteris. ca. iij. et similiter vnus testis sufficit cum fama in causa civili. argu. ext. de ap. cap. j. vbi de hoc in glo. fama per se et. iij. q. iij. ¶ Item sepe et ext. eo. tit. preterea. et de proba. causam de vno teste. Similiter dico vnus creditur in casu scilicet quando nullum preiudicium sit alteri parti. ext. de procura. ex insinuatione vbi de hoc in glo. et. viij. q. iij. talia. ¶ Item vnus testis presumptionem facit. ff. quoadmodum. le. ap. l. j. in fi. sed duo faciunt plenissimam probationem ergo vnus facit semiplenam secundum Gos. quando testimonio vnus standi est. ¶ Item testimonio vnus creditur. cum dubitatur de baptismo alicuius vel an ecclesia sit consecrata de consecra. di. iij. paruulos et ca. cum itaq. ¶ Item testium multitudinem frenata debet a iudice refrenari. ext. eo. tit. significauit et ca. ca. in causis. vbi de hoc sed testium multitudinem refrenata dicitur si sunt ultra. xl. extra. de derico mili. latores. Similiter consideranda est in huius magnitudo cause et qualitas personarum nam. xxij. milia dicuntur pauci quandoque respectu. xlv. distin. disciplina sed de multitudine testium resc. in tractatu de multitudine. ¶ Item testium productio quarta non datur post tertia in solemnitate legali. ext. eo. titu. in causis. et ca. penulti.

¶ Quid testes iurare debent

¶ Testes iurare debent dicere veritatem quam nouerint. iij. q. ix. porta mur ne ad miserit falsum. h. q. in. nulla nec desuo aliqd adiciat. iij. q. ix. putata. ¶ Item nulli testi credit nisi iurato. ex. e. t. nuper. vbi de hoc. et. fraternitatis. et. ca. tuis potest tñ hoc iuramentum a parte aduersa remitti. ext. eo. titu. tuis Similiter testes sigillatim examinari debent et in secreto sed iurare presentur presente aduersa parte. ext. eo. titulo venerabi. vbi de hoc ca. in nomine domini. ¶ Item testis falsus obnoxius est tribus personis primo deo cuius committit presentiam. secundo iudici quem fallit mentiendo tertio innocenti quem falso testimonio ledit. ext. de crimine falsi. c. j. vbi de hoc. ¶ Item si testes testibus contra dicant aperte stabitur dicto plurimum vbi dignitas numero preiudicatur. extra. eo. titu. in nostra vbi de hoc. Similiter testis secundo inductus si contrarius iudicat ei qui ipse dixerat primo suum dictum non valet ext. eo. titu. cum in tua. et cap. tamen causa vbi de hoc. ¶ Item cum agitur de impedimentis. matrimonium scilicet de consanguini. et offi. tunc testes prestant iuramentum quod continet duo auditum scilicet et credulitatem debent enim dicere se ita a maioribus accepisse et credere ita esse ext. eo. titu. quotiens. Hodie tamen vocatum est quod is qui testificatur videtur aliquos gradibus constitutos. ext. eo. titu. licet. j. in fi. et. ka. quotiens vbi de hoc hodie non videtur. ¶ Item in inquisitione forma iuramenti testium est vt super crimine dicant veritatem plenam. ext. de symo. licet helysi vero frater statur ecclesie iquiratur tñ forma duplex est. Nam aut iurat dicere veritatem de his que scit vel credit i ecclesia reformanda exceptis occultis de quibus dicitur non dicitur

## Summa monaldi

testes inducti super inquisitione facta  
da sed solum de quibus infamia p̄cessit  
alioquin eorum dicta non valēt: vt po  
te super hoc non iurati extra eodem ti  
tulo de testibus ⁊ de accusa. qualiter et  
quando in. i. c. sine. vbi de hoc. aut iu  
ret q̄ responder ad interrogata. r̄ñ. q.  
v. hoc dicitur ⁊. r̄ñ. q. vi. de parentela  
testis si iurat contra proprium dicens  
iuramentum nō debet audiri. C. si ad  
uersus donatorem. l. i. ⁊ inconstan. in p  
sonarū siue imperatorum sacramēto.

**¶** Quando testes sunt pro  
ducendū: quomodo.

**T**estes producendi sunt regulari  
ter in principali post litē contest.  
extra vt lite non contest. c. i. ⁊. h. ⁊ fere p  
totum exceptis quibusdam casibus. s.  
vbi timetur de morte vel de absentia te  
stium diuturna: ⁊ tunc si actor nō con  
ueniat aduersarium vel saltem ei denū  
ciat infra annum testes post annū non  
valent. C. similiter vbi agit de elec. vel  
matrimonio. Similiter in causa inq̄si  
tionis ⁊ publicationis ⁊ denunciacionis  
⁊ in dictis casibus non publicantur te  
stes sic recepti nisi post lit. conte. extra  
vt lit. non conte. quoniam vbi de hoc.

**¶** Item recipiuntur lit. nō conte. vbi a  
ctor agere nō potest propter iuramen  
tum quando iurauit nō reperere vsur.  
extra de iuratu. r̄. ad nostrā. Similiter  
vbi aliqd̄ expedire videtur iudici ex offi  
cio suo. C. vi minor se ab hereditate ab  
stineat in autē. ibi posita. Similiter r̄h  
restitutio in integ. iudic. officio incidet  
ter prestatur ext. de officio iudic. c. h. ⁊ de  
appel. interpo. C. itē recipiuntur lit. nō  
cōtest. in petitione legali seu fideicom.  
ar. C. de usufructu. l. n. ⁊. ff. regund. l. iij.  
Similiter in trebelliana restitutione.  
C. ad trebel. l. penul. Similiter heredis

r̄ñ. q. h. sane. s. C. de penis. l. ne con  
uersis ⁊. iij. q. h. qz ea. Similiter cū per  
sona est incerta. v. q. j. quidam. Simili  
ter in causa libertatis s̄m quosdam. C.  
de inge. l. diffinitur ar. extra eodē titulo  
cum olim. Similiter propter cōruma  
ciam partis aduerse in casu quādo alie  
quis super dignitate ⁊ personatu vel be  
neficio ecclesiastico litiget cuz alio pose  
ssore in q̄ casu exarniato negocio cau  
sa debet per iudicem sine debito termi  
nari ex. de eo qui mit. in poss. causa rei  
seruan. cum qui super. vbi de hoc vt lit.  
non contest. accedens em̄ vbi de hoc. r̄.  
c. n. ma. §. j. similiter propter absentias  
actoris presente reo. C. quomodo ⁊ qm̄  
iudex nunc autem qui sel. ⁊ ext. de dolo  
et contu. causam qz. C. Item testes in  
criminali causa nisi strictissime requir  
tur nunquam recipiuntur lit. nō cōte.  
v. q. vi. epiphaniā. ⁊. C. de probat. l. vlti.  
Similiter nec post appellacionē extra  
vt lit. non contest. accedēs enim vbi de  
hoc. Similiter in emergētibus q̄stioni  
bus ⁊ in dilatoris exceptionib⁹ p̄nt tes  
tes aud. lit. contest. produciēt cū suspi  
tio iudici opponitur et coram arbitris  
p̄batio offertur ext. de offic. deleg. suspi  
tionis. Similiter cuz opponitur de sus  
gestiōe falsitatis vel vitatis suppressio  
ne siue expresse sicut in his ⁊ in cōsimi  
libus ⁊ quilibet potest per se exēpla vo  
care. C. Item testes vt dictum est. s. pro  
duci possunt vsqz ad tertiam productio  
nem extra. e. t. in causis quarta autem  
vari non debet nisi cum solemnitate  
legali vt in dicto capitulo in causis vbi  
de hoc. j. dilacionem. c. penult. C. Item  
testium productio dicitur presentatio  
Nam cum presento iudici aliquos tes  
tes recipiendos dicitur vna productio  
cuz presento alios. dicitur sc̄ba p̄ductio.  
Unde dicunt quidam quod hoc ser  
uari debet quod obtinet siue conti



nerur in causis de facto. cum enim ali  
quid vult pbat per testes aliquis col  
ligere debet omnes testes quos nun  
potest habere et dicere dicitur iudici illos  
represento tibi p prima pductione et  
ita colliget alios et recipientur p se  
cunda. ¶ Item alios pro terra omnes  
tamen sub vna dilatione. sed iudex re  
frenare poterit multitudinem testium  
effrenatam vtridictum est supra extra  
eo. si significauerunt. ¶ Quarta pdu  
ctio fieri non debet absq̄ solemnitate  
legali que erit hic quia iurabit isq̄ pe  
tit quar tam productionem q̄ nō fue  
rit pcuratus dicta testium per se vel  
per alium nec petit quartam pductio  
nem per aliquod dolum machinatio  
nem vel artem sed ppter ea q̄ non va  
luit vti testibus quos pducere. antēdit  
vtrū autem. c. si. §. quia. ¶ Item si ego  
produci testes in principali et tu exci  
pias in personas illorum licebit tibi p  
ducere testes ad reprobationem meo  
rum et eodem modo licebit tibi exci  
pere contra tuos et alios pducere ad  
reprobandas personas tuorum conce  
ditur enim tibi a iure defendere tes  
tes meos. extra de symo. licet hely. Si  
militer etiam confirmare. in. q. in. d. iu  
dicis vltimis autē. non licebit tibi re  
probare meos quos vltimo pduxi q̄a  
si hoc tibi liceret iam quarti pducerē  
tur contra tertios computatis in his  
quos in principali pduxi et si liceret p  
ducere quattos contra tertios et eodē  
modo et quintos contra quattos ⁊ sic  
iter in infinitum. extra eo. ritu. licet. h.  
et. dilectus filius. ¶ Item ego et tu  
pduximus testes in principali licebit  
tibi obicere in personas meoz ⁊ tibi  
in personas tuorum: et sic licebit tibi  
vnde cuiuslibet nostrū tertū licebit pdu  
cere testes ad defensionem siue decisio  
nem illorum quos in principali pdu  
xit ⁊ ad reprobationem illorum q̄ pro

ducti sunt ad reprobandum suos.

¶ De quibus debent testes  
interrogari ⁊ in quibus con  
cordari.

**T**estes producti interrogari de  
sonis loco ⁊ tempore de auditu vltimū  
entia et certitudine credulitate ⁊ fama  
ext. eo. ritu. cum causam. j. vbi de hoc in  
glo. causa enim scientie. ¶ Item cōcor  
dare debēt testes in his que in hoc ver  
siculo continentur. Res persona locus  
gradus. hec sunt consona tempus. Res  
vt cum vnus testis dicit de vna re ⁊ al  
ius de alia vel vnus de vno facto. ⁊ alius  
de alio si de factis queritur tunc nō va  
let cum sint in suis testimoniis singula  
res ext. de elect. cum dilectus ⁊ de pro  
ba. licet. ¶ Item persona vt cū querit de  
persona ⁊ vltis testis dicit de vna per  
sona et alius de alia non valent ratio  
ne premissa. Similiter gradus. vt si a  
gatur de consan. ⁊ affini. et testes in cō  
puratione graduum diuersos asserant  
gradus non valet eorum testimonium  
ext. q. vi. de parentela. Similiter locus  
testimonium inefficax reddit. vt in exē  
plo danielis quando vnus dixit subpri  
uo alius substituo. Similiter et temp  
in. q. ix. nihilominus. ¶ Item dicunt q̄  
dā predicta iterāta esse in facto nō ire  
rabilī vt est homicidium eiusdem hoīs  
sed in facto iterabili vt est adulteriū et  
cum eodem dicit diuersitatem loci ⁊ tē  
poris non nocere. nā et si testes in his  
varient vel non probent idem adulte  
rium propter diuersitatem loci vel tē  
poris probant tamen illum esse adulte  
rum contra q̄ producuntur. sed hoc re  
probatur dā. exemplo. Similiter que  
dam diuersitas in tempore non nocet  
vt si vnus dicat de die dominico alius  
de hora nona diei eiusdem quia dictus  
scōi continetur sub dicto primi. Simili  
ter si vnus dicat in domo predicto con

tractum delictum esse alius dicat in camera eiusdem. ¶ Tres in facto durabili diuersitas temporum siue testium non nocet. vt si vnus dicat se vidisse presbiterum vel episcopum in hora tertia celebrare. alius in hora. vi. missa episcopi tantum durare solet: sed quid si agatur de decima et vnus testis dicat decimam solutam fuisse. et interrogatus quid viderit solui. respondit fabas alius dicat ciceram nunquid probatum intelligit decimam fuisse solutam. et dicendum quod non quia in rebus discordant. ¶ Item doctrina litervocandi est quod si testes quos ego induco varia et diuersa proponunt erunt singuli in suis testimoniis singulares extra. de elec. cum dilectus. et c. in generali. et c. in bone. si vero quelibet sibi ipsi contraria testis dicat repellitur omnimodo extra. de proba. licet et de ap. sollicitudinem. ¶ Item si testes verbum ambiguum dicat pro reo est interpretandum contra eum qui eum produxit quod probat dare et aperte probare debet extra de proba. in presentia vbi de hoc. et c. ex litteris. et de testibus cum tu. ¶ Similiter qui confusa deponit est a iudice iterum interrogandus extra eodem titulo cum clamoribus sed hoc non debet fieri ad petitionem partis aduersae extra. de proba. in presentia. ¶ Item si quidam de meis testibus dicant pro me quidam pro aduersario meo iudex considerabit numerum et conditionem illorum qui dicunt pro me et qui dicunt pro aduersario: et qui similia pro negotio et a portio dicant iij. q. iij. §. j. ¶ Tres in criminali ver. sepe. Sed si ego inducam testes pro me: et tu pro te tuos et testes tui deponant contraria his que dicunt testes mei tunc iudex considerabit numerum et conditionem testium meorum et tuorum: et qualitatem dictorum: et si proferet meos tuis vel tuos meis: sed similia paria inveniuntur quod difficile est tunc interpretetur si

potest extra eodem titulo cum tu. Sed non potest absoluat reum. extra. de proba. ex litteris. et de fide in iur. inter. vel iudicabit pro re magis fauorabili. vt in dicto capitulo ex litteris. et ff. de re iud. linter pares. et xxiii. q. j. si quis. vii. ver. Stat testimonium libertas coniugium. Si sint equales qui producuntur vtriusque. ¶ Item testimonium proprium quis inducere non potest quod sua voce fuerit dilucide prestatur. extra. de proba. per tuas vbi de hoc. C. de non numerata pecunia generaliter. ¶ Item testis debet assignare causas testimonii sui extra. e. t. cum causam vbi de hoc. et iij. q. iij. §. solet. Non enim sufficit testis si dicat se aliquid scire nisi assignet causam scientie sue quando interrogatur. xxij. q. v. hoc videtur. ¶ Item si testis falsum dixerit vel in testificando vacillauerit puniri debet. C. e. r. nulli reprobata. de confess. cum super et de elec. super eo. Similiter potest testis dictum suum corrigere et declarare inordinanti extra. de testibus cogen. preterea vbi de hoc. ¶ Item testimonium non debet esse venale unde testis pro testimonio ferendo nil petere vel accipere debet ab eo qui eum producere potest expensis. xiiij. q. v. non sane. et iij. q. iij. venturis. et c. placuit. ¶ Item testis coram probationem siue falsitatem probare non sufficit ad sententiam reuocandam nisi probetur iudicem iudicasse: per illos extra. de re. iudi. cum. j. et a vbi de hoc in glo. sic patet quod et de proba. licet vbi de hoc in glo. sic supra de pura. et c. si ex hoc in instru. falsam. unde tribus vicibus reprobari possunt testes ab vtraque parte si non vtriusque extra. e. t. l. j. vbi de hoc in glo. et si illos qui. et c. dilectus vbi de hoc. ¶ Item potest indirecte probari testem falsum dixisse extra. e. t. ex tenore. et c. series. Si militer testis inductus respondere tenetur interroganti an sit criminosis vel pariuirus vel talis quod non possit restituari. ff. e. t. l. iij. et iij. q. iij. §. si testis. ¶ Item



dicendus est de ordinando. l. di. ex peni  
 renibus. r. xlii. d. i. c. vlti. ¶ Tres testis  
 datus in causa criminali interrogari de  
 bet a iudice an sit inimic⁹ alteri pti. i. i. f.  
 i. §. testium ext. de accusa. inquisitioni  
 bus vbi de hoc. r. de testi cū causaz. j. vbi  
 de hoc in glo. causam enim. ¶ Item te  
 stes veri preferuntur instrumento qv  
 ueroci magis quam mortue potius est  
 credendum in aut. de fide in. §. si vero.  
 et extra. de fide instru. cum iohānes vbi  
 de hoc in glo. r. ita patet q. Similiter  
 aliquando testes r. instrumēta equiva  
 lent. aliquādo vnum alteri preferitur in  
 casu de his habes ext. de probat. tercio  
 in glo. sic ergo testes. Sed testes vbi ad  
 mittuntur cōtra inuentarium publice  
 confectum. ¶ Item si testis tenetur in  
 iuris pro testimonio confirmādo non  
 valebit testimonius eius. ff. qui testamē  
 tum facere possunt. l. qui testamento si  
 ue testamēti. §. vlt. Similiter testes ad  
 caurelam futuroꝝ redigi debent in pu  
 blicam formam extra eodem titulo si  
 gnificauit vbi de hoc. ¶ Item testes pu  
 ta dati pro vita r. miracul alicuius sunt  
 secreto interrogandi tam de miraculis  
 quam de vita. C. e. r. l. nullum extra. e.  
 ti. venerabilis vbi de hoc r. de accusa. in  
 quisionis.

**¶** An possunt post publica  
 tionem testes producti.

**¶** Testes pducere circa idē non licet  
 alicui. l. ci qui pduxit vel aduersa  
 rio attestacionib⁹ publicatis extra. e. ti.  
 casz venisset. Secus tñ circa aliqd aliud  
 extra. e. r. causam. r. c. cum causam. r. c.  
 series. r. c. ex tenore. Quidaz tamē dicūt  
 q post publicationem attestacionum  
 circa idē licet alios pducere adicentes  
 hoc speciale esse in causa matrimonial  
 vnde aliter intelligūt has decretales  
 r. eodem modo intelligūt extra. de con

san. r. affini. ex litteris r. de testi. cum in  
 tua r. de spon. sicut eo qui cause marri  
 moniales fauorabiles sunt: sed non est  
 hoc augere fauorem sed viam falsitatis  
 aperire. in aut. e. ti. §. q qñi vero multi  
 coll. vñ. vnde illorum sententia non ad  
 missa dicit. Soff. q etiaz in causa matri  
 moniali testes pducī nō possunt super  
 eisdem articulis postquaz partes dixe  
 runt testificata extra eodem titulo con  
 stituti r. ad decretalem illam series re  
 spondens dicit q nō obstat quia ibi tes  
 tes producantur ad alium articulū si  
 ue ad alium gradum pbādūz in illa. ex  
 tenore inducuntur ad probādā nega  
 tiuam indirecte. C. de contrahen. r. cō  
 mit. st. l. optimam. illa tñ in tua nō ob  
 stat. quia ibi pma pductio facta fuit  
 extra iudicium. Secunda vero in iudic  
 io vnde vna alteri nō nocet eodē mo  
 do de illa cum ex litteris sicut in illa cū  
 in tua tercia productio fiebat ad aliq  
 nouum articulum: sicut ex littera pate  
 re potest intuenti. ¶ Item testib⁹ pro  
 ducris contra personas eorum debere  
 non potest qui eos produxit nec in sua  
 causa nec in alia nisi eis aliquid de no  
 uo contingat poterit tamen dicere con  
 tra dicta eozuz si in serie sui testimonij  
 contradicunt qz eo ipso q testem indu  
 co videoz approbare personam eiusar.  
 extra. e. r. presentium vbi de hoc in glo.  
 per hanc proestacionem. ¶ Itē testes  
 super exceptione dilatoria inducti sup  
 principali causa cū de hoc non iuranc  
 runt induci non possunt extra. eo. t. de  
 testibus vbi de hoc. Similiter testiū re  
 ceptio valet facta denunciacione ad  
 uerse parti vt veniat licet nolit venire:  
 et de hac denunciacione debet fieri pu  
 blicū instrumētū extra. e. ti. significauit  
 vbi de hoc. r. c. in nomine. si tñ habeat  
 iustācām nō veniēdi receptio nō valeret  
 extra. de re. iud. cum bartoldus vbi de

## Summa monaldi

**Hoc in glo. alioqn.** ¶ **Item sciendū** quā-  
 vis dixerint aliqui predicta vero habe-  
 re locū in causa appellationis in qua  
 possunt produci noui testes secundū  
 eos: tamen dicunt alij q̄ tam in p̄ma  
 causa quam in causa appellationis no-  
 ui testes admitti non possunt sup̄ ve-  
 teribus articulis post publicationem  
 et q̄ dicit lex ⁊ decretalis in causa ap-  
 pellationis nouos testes admittēdos  
 super veteribus subaudiā non p̄ba-  
 tis in primo iudicio vel probatis s̄ nō  
 per testes, sed alio modo extra co. tit.  
 fraternitatis. ¶ **Item** post aperturā  
 testes interrogari nō debent nisi forte  
 a principio para illos petisset interro-  
 gari vel maleiose fuisse hoc pretermis-  
 sum vel si obscure pertulisset testimo-  
 nium suū, extra co. titu. per tuas, vbi  
 de hoc. ⁊. c. cum clamor et de probatō.  
 qm̄ contra. ¶ **Item** hūc de testes super  
 eodem articulo non sunt vterius ad-  
 mittendi in cōtrarium nec etiam alij  
 admittendi sunt ad idem p̄bandum  
 attestacionibus publicatis. Nam ante  
 publicationes vtrāq̄ pars suos testes  
 super eodem articulo p̄ducere debet:  
 secus tamen super alio vel super nouo  
 ex p̄iori pendente, quia tunc bene ad-  
 mittuntur testes, extra co. titu. frater-  
 nitatis. ⁊. c. senes vbi de hoc. ⁊ ar. de p̄-  
 batio. iuravit. ¶ **Item** quatuor sunt  
 que tollunt copiam aliqd̄ probandi p̄  
 testes: scilicet attestacionum publica-  
 tiō: renunciaciō siue conclusio. quarta  
 p̄ductio et numerus effrenatus.  
 ¶ **Similiter** testes super eos tantum  
 de quo iurant et super eo quomodo l̄-  
 ducuntur deponere debent, extra co.  
 titu. significauit. Similiter si testis p̄-  
 mo deponat ⁊ postea iurāt: non valet  
 quia prius debet iurare et postea de-  
 bet deponere. iñ. q. iñ.  
 ¶ **Item** in criminau. ¶ **Item** iura-  
 re. ⁊. c. co. titu. i. iurandi. ¶ **Item** si

testis scribat testimoniu in suū ⁊ post  
 ea dicat iuratus sic dico vel opono: q̄  
 scriptum est in carta non sufficit: quia  
 iudex considerare debet vocem testis:  
 sermonem constantiā ⁊ trepidacionē  
 ff. de questionibus. l. de minore. §. iñ. et  
 ar. de consecra. diu. in. cum pio par  
 uulis. ⁊. ff. e. l. testium fides vide in fi.  
 Sed hec expedita videntur. v. q. n. rela-  
 tum. ⁊. in. q. i. testes. ⁊. c. carre. ⁊. h. q. vi.  
 per scripta et extra de accu. inquisitio-  
 nis. §. tertie. ¶ **Item** testium attestac-  
 tiones in vno iudicio recepte valent l̄  
 alio inter easdem personas extra eodē  
 titu. constitutus vbi de hoc in glo. an-  
 ter. ⁊ in auten. co. titu. §. quam multe  
 coll. vi. ⁊ ar. extra de p̄ba. capi. vii. vbi  
 de hoc. ¶ **Item** si apud primum iudic-  
 em non sunt publicata testium dicta  
 possunt alij testes induci ex. co. tit. cām  
 vbi de hoc. ⁊ cap. cum causa: sed alios  
 testes dare nō possunt q̄ renunciant  
 testium p̄ductioni ex. c. r. cām vbi de b̄  
 ⁊. c. cum venisset in fi. vbi de b̄ ⁊. c. de re-  
 stibus. ¶ **Item** testes producti coram  
 iudicibus etiam ad idem ad quod iur-  
 rāt primo producti etiam si publicatō  
 facta sit coram arbitris. ex. co. tit. p̄le-  
 tata. ⁊. c. de arbitris. l. cum mana in fili.  
 et. c. de restibus. l. cum apud. S; vbi  
 quis attestaciones in vno iudicio rece-  
 pras in alio iudicio p̄ducit si attestac-  
 tiones sunt clausę erit in optiōne p̄-  
 ducentis an velit vti illis attestacio-  
 nibus vel velit ip̄ suos testes quos prius  
 p̄duserat vel alios producere de nouo  
 ex. co. tit. constitutos ⁊. c. cum causa. §.  
 nolens. et hoc verū est si renunciatū  
 est non testibus sed sufficiens produ-  
 ctio non sit facta. extra co. titu. de testi-  
 bus vel legitimus numerus non sit cō-  
 plerus vt in dicto. capitu. cum causam  
 sed si attestaciones sunt ap̄pte erit in  
 optiōne illius contra quem productū  
 tur vel vt illas ratas habeat vel paria



tur illos interim produci si viuunt. nam si sunt mortui necesse habet alias ratas habere vt in dicto cap. causa. et. C. eo. titu. l. vlti. ¶ Item possunt testes apud eundem iudicem iterato p̄ dua et ad idem variato tamen modo agendi. extra. eo. titu. veniens. ¶ Similiter si necessarie interrogationes sunt. et. eo. ti. per tuas. Similiter si testes confuse deponent vel obscure ex. eo. titu. cum clamor et de testi. cogen. preterea. p̄. q. vj. de parentela. quod enim obscure dicitur pro non dicto habetur. ff. de interro. acti. l. d. etate. §. in bil. Similiter obscure scriptus pro non scripto habetur. ff. pro non scrip. l. q.

### De testibus cogendis

**A**ndendum est de testibus an sint cogendi et qualiter et in quibus causis et an peccent testes subtrahendo se a testimonio vel si pro ferendo a liquid accipiant.

#### An sint testes cogendi.

**T**estes coguntur generaliter in quibus causis perhibere testimonium in veritati. C. de testi. l. si quando. et. ff. de tabulis. expi. l. locum. §. exhibere. et. titi. q. ij. quamquam.

¶ Similiter in criminalibus videtur fore testes cogendos. ar. extra. eo. titu. preterea. r. c. super hñs. et de testa. cum causa et de symo. licet hely. sed hoc verum est cum de crimine civiliter non criminaliter agitur et sim hoc non obstat. extra. eo. titu. de iudiciorum. Sed contra. extra. e. titu. cum contra magistrū ubi coguntur testes in crimine: sed illa loquitur in crimine falsi. et agebatur civiliter. sed non multum refert si civiliter vel criminaliter agatur de crimine falsi: quia per vtrūq; modum sequitur pena ordinaria. C. de proba. l. iudem?

Sed dicendum q̄ in vno refert: quia si civiliter agitur non feret depositio. vel dici potest speciale est in crimine falsi: vt in eo etiam si criminaliter agatur testes compellantur: sicut et quedā alia sunt specialia in eodem crimine: scilicet vt in eo importatur pena ordinaria etiam per modum civile vt dictū est. §. ¶ Item non videtur q̄ clerici cogantur ad testimonium ferendum t̄ in civilibus quā in criminalibus causis. ff. q. vj. statuendum quia nec clerici iurare debent. et leui causa. ff. q. vj. si de presbyter. ¶ Similiter nec compelluntur ad alia publica officia. xvj. q. i. generaliter. ¶ Sed dicendum q̄ non compelluntur ad testimonium nisi quando per alios veritas liquere non potest vt i dicto. c. generaliter. r. titi. q. ij. quā quā vel nisi gr̄a odio vel timore se subtraherent. et. eo. titulo. c. ultimo. r. ca. contra magistrum. r. c. peruenit.

¶ Item testes coguntur minus in criminibus: si criminaliter agitur quam in civilibus: quia. in criminibus mouetur accusatores eam rem deferre i publicam vocationem que munita sit de testibus ydoneis vel instructa apertis simis documentis vel indicis ad probationem indubitanis et luce clarioribus expedita. C. de pba. l. vlti. r. ij. q. viij. sciant. sed idem videtur in civilibus: quā puniuntur q̄ aliquā temere ad iudicium vocat. ff. de iud. eum qui. Sed isti diligentius examinentur nisi contra salutem hominis oppressa putatur esse infamia. C. de ap. l. addictos. ¶ Item testes compellendi non sunt. vbi cuius est actio odiosa vel exceptio per quam ad infamiam alicuius procedatur quā infamia alterius nemo debet de facili persilire. xvj. q. i. et merito et tribus. ca. sequen. r. extra. eo. titu. de iudiciorum ubi de hoc. fallit hoc tamen q̄n agit de fama electi: super litteris falsis nomine

capituli assignatis et super litteris pa-  
pe falsis et ad detegendam coniuratio-  
nem et si sint iuramento astricti.

**Qualiter compellendi sunt te-  
stes et in quibus casibus.**

**T**estes compellendi sunt per cen-  
suram ecclesiasticam ut apparet  
ex forma litterarum domini pape per  
clausulam illam testes etc. Sed si clau-  
sula illa testes autem etc. non adicitur  
in litteris: ut solet fieri cum in litteris  
habetur mentio de crimine nihilomi-  
nus iudex ad iura se referat et cogat ut  
non cogat testes secundum ea que supe-  
rius sunt premissa consuetudo: consue-  
tudo tamen romane curie sic se habet  
in causis de facto ut illius testem cogat  
vbi de crimine agitur qualitercunque  
ipso agatur et idem seruat in litteris  
non opponendo clausulam illam testes  
autem etc. Quod censura ecclesiastica  
comprehendat habes ex de verbo si-  
gnifica. quesiuisti. **I**tem in quibus  
casibus testes non cogantur satis appa-  
ret per premissa. Sed et testis qui ve-  
ritatem occultat vbi videt primum su-  
am rem amittere propter defectus p-  
baritatis mortaliter peccat nisi testimo-  
nium perhibeat veritati. extra co. tit.  
cap. i. vbi de hoc et de crimine falsi. ca.  
j. vbi de hoc et ideo compelluntur testi-  
monium ferre ar. vi. q. j. illi q. r. r. q. j.  
predicandum et maxime peccat qui  
meru alterius veritatem occultat. Si-  
militer vbi cunctus peccatum mortale e-  
veritatem taceret cogi potest testis ex-  
tra co. ritu. super hns et. ca. cum pra  
et. n. q. iij. quisquis. **I**tem licet non  
compellatur testis in causa crimina-  
li cum criminaliter agitur precibus p-  
induci. ex. co. r. dilectorum vbi de his i  
glo. circa compulsionem. **S**imiliter  
compellendus est clericus contra eccle-

siam suam pro aduersario suo testifica-  
ri si p ecclesia sua testificatur. ar. extra  
de testi. cum nunciis: vbi de hoc in gl.  
immo sunt. **I**tem cogendi sunt per  
episcopum sacerdotes et clerici. vbi  
propter defectum probationis veritas  
parit testificari. quia alie pbariones  
desunt. alias pro cogi non debent. r. iij  
q. ii. quamquam et ar. extra. e. tit. sup.  
eo. vbi de hoc in glo. hoc intellige.

**I**tem compelli possunt testes ad in-  
quisitionem probandam extra. co. ti.  
super hns vbi de hoc. **S**imiliter co-  
pellendi sunt venire ad iudicem ut fe-  
rant testimonium veritati nisi sint in  
ecclesia honore constituti vel validi-  
narum vel senes debiles et pauperes qui  
si non possunt venire iudex mittat ad  
eos discretas et idoneas personas que  
recipiant fideliter testimonium eorundem  
vel mittat ad iudicem loci ut eos reci-  
piat et dicta eorum sigillatim sibi remu-  
tat. C. de fide co. in auten. apud eloqm  
tissimum. et extra de testi. si qui vbi de  
hoc. sed non debet compelli testis si sit  
multum longe. ff. de testi. l. iij. §. vltimo

**I**tem si quis sacramento se astrin-  
gat ad non perhibendum testimonium  
veritati iuramentum tale temerarium  
est in hoc casu quando non potest li-  
re de veritate nisi per cum inde possit  
autoritate propria contravenire. r. r. q.  
iij. in malis: cum sit certum ex hoc morta-  
le puenire peccatum secus si dubitat  
quia tunc esset prius superioris auto-  
ritas requirenda ex de elec. venerabil  
**I**tem quid si vnus interfuit nega-  
tio et cum sciat primum non posse p-  
bari. iij. q. iij. §. j. **I**tem in criminali et  
vnus iurauerit non perhibere testimo-  
nium veritati dicendum quod huiusmo-  
di iuramentum temerarium fuit quia si vnus  
non facit probationem plenam facit tamen  
miplenam et sic dilatio iuramenti ut  
per iuramentum pbario compleatur.



**C.** de rebus credi. l. in bone. r. ff. de iur. reus. l. admonedi. **C.** Itē. si aduersarius subtrahat testes. nunq̄ se fouere li rem ostendat. extra de testi. constitu. r. experiri debet in se iudicis auctoritate reclusam siue delusam. extra co. titu. peruenit. r. iij. q. viij. §. tria. r. C. de postula. l. puidendum. **C.** Item peccat testis si recipiat p̄ testimonio ferēdo: quia testimonium r̄ sententia iudicis non debent esse venale. vnde nihil p̄pter hoc p̄ter expensas ab eo qui eū p̄duxit tenere vel accipere debet. xiiij. q. v. non sane. r. iij. q. iij. venturis. r. ca. pitu. placuit. **C.** Item testis corruptus si dicat falsum p̄ter penam falsi tenetur in iudicio anime ad omne interese illiquā suo testimonio lesit ar. extra de testi. sicut r. C. de pena iudi. q̄ male iudi. l. ij. Sed si dara est pecunia testi. vt non testimonium erant: et iterum reperere non potest qui eam dedit fm̄ quosdam: quia viderur̄ testem eorum pere noluisse. ar. ff. de condi. ob turpē causam. l. ij. quidam tamen dicunt q̄ talis possit reperere pecuniam si non eo animo dedit vt testem corruperet. Sed vt sibi iustitia conseruetur. ar. x. iij. q. v. non sane. et ex. de symon. dilectus.

**C.** De tempore nō diffinito.

**T**empus in iure seu litteris non diffinitum p̄ quolibet tempore intelligi potest. i. q. i. eos. r. ff. de euctō nibus si rem. §. vltimo. r. ext. de priuile. quia circa finem. **C.** Item tempus ponitur sine p̄finitione temporis beneficis spoliatus perpetua spoliatio intelligitur. C. de penis seruus et ar. ex. de cobabi deri. et muli. si autem vbi d̄ hoc. **C.** Itē tempus breue dicitur q̄n̄ q̄ quatuor mensium. C. de vsuf. l. iudi ces. r. ff. d̄ iudi. l. si debitor. **C.** Itē q̄n̄ dicitur. r. dierum. ff. de consti. pec. p̄o

missor. §. i. Similiter q̄n̄ dicitur duorum mensium. C. de secūdis nup. l. ij. **C.** Similiter quando dicitur. xxx. dierum. ff. de itinere actus priuati. l. i. §. i. Similiter quando dicitur tempus breue dicitur annus ex. de eta. et quali. p̄terea vbi de hīs in glo. quando dicitur breue tempus in anno enim et dimidio: potest aliquis leg. eta. ad sacerdotium pmoueri. lxxviiij. di. monachus.

**C.** Item tempus longum dicitur spatium. r. vel. xx. annorum. C. de p̄scrip. longi temp. super longi. **C.** Item t̄ps quo p̄latus est suspensus: nisi sit negligens in absolutione petenda: non currit in beneficiis conferendis et. de concess. p̄ben. quia vbi de hoc. Similiter nec tempus in quo quis impeditus agere non potest. C. de annali ex. ceptio. l. ij. §. vlti. **C.** Similiter nec tempus deliberationis creditoribus imputat C. de iure del. sancimus. §. donec in fi. **C.** Similiter nec tempus quo quis ad curiam vel inde redit. ex. de concess. p̄ben. quia vbi de hīs in glo. et ita itur in tempus inique. **C.** Item in alia glo. sa illud tamē currit tempus. **C.** Similiter nec militi currit tempus dum est in militia iusta. C. quibus non obest longi temporis p̄scrip. l. vltima.

**C.** Similiter nec electoribus qui iusta causa in electione impediunt. ex. d̄ cōcess. p̄ben. q̄n̄ diuersitatem. vbi de hoc.

**C.** Item t̄ps de cecidendis p̄ben. r̄ clericis ecclesiis instituendis currit a t̄p̄e scie t̄m. ex. de cec. p̄ben. q̄ diuersitate vbi de h̄ in fi. et de. suppl. negli. pla. l. ij.

**C.** De termino p̄reptorio.

**T**erminus p̄emptorius poni potest prima vice a iudice vtp̄paratur laboribus. et expensis. Ita tamen vt cōtineat tantum tempus quantum si c̄rasset sicut fieri solet siue debet cum tribus edictis r̄ vno p̄reptorio. r. xij.

quod de illicita et ext. de restitu. in integ. cum ex litteris. et de dilat. c. j. vbi de hoc.

**I**tem peremptorius nimis brevis i prima citatione dari non debet quia posset propter hoc applicari. ext. de dilata. c. j. vbi de hoc. **I**tem potest peremptorius et iusta causa quod a iudice moderari. ff. de iudic. nonnunquam. ext. de offi. deleg. consuluir. nisi forte sit tempus quod datur condempnatis. ext. de senten. et re. iudica. quo ad consultationem. vbi de hoc. ff. de re. iudic. l. h. **I**tem terminus constitutus ab appellante ad prosequendam appellationem vicem peremptorium tenet ut eo elapso procedatur per modum in causa per iudicem ac si peremptorie fuisset citatus. ext. de ap. contum. git. et capitu. sepe. et c. cum sit romana vbi de hoc in gl. arg. quod iudex potest. **I**tem terminus datus a iure est annus et ex iusta causa biennium. ext. de ap. cum sit romana. vbi de hoc et talis terminus perueniri potest. sed terminum statutum a iudice. vel a parte neutra pars preuenire potest dummodo appellatio dolose non perueniat appellanti. ext. de appel. oblat. re. **I**tem terminus. et dierum statutus ad appellandum et quartuor annorum terminus infra quem peti debet restitutio in integ. et terminari minui vel augeri non potest. ff. q. vi. anteriorum. et c. de proba. tempo. in integ. restitutio. l. vlti. **I**tem termino elapso potest iudex contra appellantem procedere. ut eius venisset iudicio si stat ac si peremptorie citatus non. ext. de appel. sepe vbi de hoc in glo. ipsa appellatio. et c. consuluisti.

**D**e tergiversatione qui a fit.

**T**ergiversatio est in vniuersis ab accusatione desistere. ff. q. ii. s. notandum unde tergiversatio est calliditas vel veruscia. ar. ext. de collusione. capitu. vlti. vbi de hoc.

**D**e titulo multipliciter dicto.

**T**itulo dicitur ipsa ecclesiastica titulus dicitur clericatus vel canonicatus in ecclesia vbi dicitur quis canonicari vel intitulari. **I**tem titulus dicitur quilibet ordo ecclesiasticus quilibet dignitas vel prelatus. lxx. di. sanctorum et ideo nullus habere potest circa duas intitularas. ext. de elec. dudum. ff. vbi dicitur in glo. nota quod titulus. l. lxx. di. sanctorum. Similiter titulus quando dicitur signum. xvj. q. vj. consuetudo. Similiter titulus dicitur omnis causa dicitur acquirendi ut titulus dicitur omnis causa domini acquirendi ut titulus pro emptione pro donato pro herede pro seruo pro dote. pro legato. ext. de prescrip. si diligenti in ff. vbi de hoc in glo. ex hoc videtur quod. Similiter titulus dicitur tractatus. ff. de postu. l. j. ar. xvj. q. v. nec mirum in ff. vbi de hys duobus titulis.

**I**tem titulus dicitur actio. c. de familiar. non est ambiguum. **S**imiliter dicitur canon. l. di. ff. quis dyaconus. Similiter titulus minus iustus dat causam prescribendi. ext. de emp. et vendi. puer. et. ff. pro emptore quod vulgo. Similiter titulus iniustus pro non titulo est habendus. ff. de per. here. l. nec illam. **I**tem titulus acquiritur quando per pacum aduersarii in spiritualibus rebus ar. ext. de causa pos. cum ecclesia vbi de hoc. Similiter in spiritualibus titulis non acquiritur per transactionem sed per canonicam institutionem. ext. de institut. et frequentibus. et. ff. de decubemus.

**D**e torneamentis.

**N**unc videndum est de torneamentis. Quid sint. Quare fieri prohibentur. Et que sit pena ibidem pugnantium. **D**e torneamento quid sit. quare prohibeatur et que sit pena ibidem pugnantium.



**T**orneamenta dicuntur quedam  
 nūdire vel ferie non inter hostes  
 sed ad instar pugnatium hostilium in q̄  
 bus milites ex edicto conuenire solent  
 ad ostentationem virium suorum & au  
 daciā expiendā temere cōgredi. Lau  
 sa vero prohibitionis sunt mores hoīs  
 et animarum pericula que proueniūt  
 inde ideo et a sanctis canonibus prohi  
 bentur. *ext. co. ritu. capi. j.* & licet als pos  
 sint fieri gratia exercende virtutis et cā  
 experiendarum iurium. *ff. de postu. l. j. §.*  
*j.* **I**tem senatus vbi in collucratione dā  
 num datum sit nō agatur. *l. aquil.* Nā  
 virtutis exercende & glorie causa non cā  
 iniurie dampnū datū est. *ff. ad. l. acqui.*  
 qua actione. §. quis. *j. coll. in hoc tamē*  
*casu est secus quia pugnantibus cōcer*  
*tantibus pena infligitur. ludus em̄ ille*  
*notius est & ideo reprobatur. ff. ad. l. ac*  
*qui. l. nam ludus. vnde totaliter peccāt*  
*torcatores cum factur contra prohi*  
*bitionem canonis. ext. co. ritu. capitu.*  
*j.* Si vero non esset prohibitus nō esset  
 parsi torneare dum tamē hic fieret cā  
 discendi vsus armorū ad impugnandū  
 infideles et ob defensionem patrie vel  
 publice rei. **I**tem pena concertatius  
 in torneamentis. hec est quia si quis a  
 lium occidit siue insistendo siue resistē  
 do homicida est etiam si casu cecidit et  
 efficitur irregularis q̄ ludus talis no  
 tius et illicitus est et ideo quicquid ex  
 eo sequitur imputandum est torneame  
 to. *ext. de presump. capitu. j.* **I**tem si  
 quis moritur torneando quis ei poīcē  
 ti penitentia non negatur: ecclesiastica  
 tamen careat sepultura *ext. co. ritu. ca.*  
*jin. ff. de hoc. R̄hde i tractatu de sepul*  
*turis. Secus tamen si nō causa torneā*  
*dis sed causa querendi debita venit vel*  
*alia negocia sua exercenda etiam si ve*  
*nerit ad spectandum non punitur hac*  
*pena. ext. co. ritu. ad audientias. I*tem

quid de militibus qui ad torneamētus  
 iuerunt animo pugnandi non occide  
 runt nec percusserunt. Quid etiam de  
 hīs qui alius bellū interfuerunt nō tamē  
 occidunt vel mutilant nūquid poterūt  
 ad ordines promoueri sine dispensatio  
 ne si in torneamentis vel bell. aliqui sit  
 occisi. **A**d primum dicendū q̄ nō po  
 terunt promoueri eo q̄ ad rem dāpna  
 tam & prohibitam accesserunt. *Ad. ff. di*  
*cendū. q̄ si quis interfuit in bello licito*  
*nec occidat vel mutilat nec cām mortis*  
*prestet nec operaz dedit ad occidendū*  
*aliquē si aliter sit ydone⁹ poterit pmo*  
*ueri nihil em̄ interest si quis occidat v̄*  
*causam mortis prestet. ff. ad. l. cor. desic.*  
*l. nihil. Si vero in bello illicito interfue*  
*rit & homines sint illi etiam p alios oc*  
*cisi tunc impedit p̄motionem propter*  
*culpam precedentem si venit illuc cau*  
*sa bellandi. xv. q. j. capitu. vlti. et de pe.*  
*dist. j. si quis cum telo & a. contrario*  
*sensu. ext. de clerico. percus. presentium.*  
*et capi. cōtinebatur. poterit tamē ep̄s*  
*cum talib⁹ disp̄sare d̄imodo nec mori*  
*nec membri mutilatio fuerit subsecu*  
*ta per illos lz fuerit subsequera p alios.*  
*ar. ext. de clerico. pug. indu. c. j. r. ff. Et*  
*nota q̄ ad hoc vt aliquis dicatur pro*  
*prie miles sex sunt necessaria. Si pmo*  
*vt sit de genere militari. Secdo vt exa*  
*minetur. tertio q̄ iuret q̄ causa recipi*  
*blice non euitabit mortem. quarto vt*  
*ei cingatur ensis. quinto q̄ signa. i. no*  
*ta. publica in eius brachijs scribantur*  
*vel ponantur non tñ in carne. Sexto*  
*q̄ in numero aliorum militum ponat*  
*et scribatur. isti tales habent p̄uilegia*  
*que fm̄ legem militibus conceduntur*  
*sicut nota. ff. ex quibus causis maiores*  
*super. l. penul. I*tem quid de hīs que  
 milites vel aliquando incantur in tor  
 neamentis nunquid possunt retinere.  
 R̄hde si contra legem torneamento

## Summa monaldi.

num luctatur quis illi aliquid tenetur restituere illud illi a quo habuerit si sciat a quo aut dare pauperibus pro eo si habet unde possit. Si autem secundum legem torneamentorum non tenetur reddere illi a quo habuerit: sed si penam inducitur est quod illud eroget pauperibus in pios usus. Si autem nolit hanc penam sustinere non est compellendus secundum quosdam ad eam suscipiendam. Sed alia penitentia debet iniungi et absolutio ei impendi quia nec ex hoc solo quod taliter acquisita non vult erogare est in peccato mortali.

¶ De tutore et curatore.

**T**utor vel curator alinare rem minoris sine auctoritate prioris non potest. C. de p̄d̄is minoris decreto non alii. l. 1. r. h. r. l. minorum. r. l. si quidam.

¶ Item iurat de calumpnia. C. de iura. calump. l. h. ¶ Item non cauetur de iudicio soluendo sed iudicio fore fisti. C. de administra. r. u. sancimus. §. defensionē

¶ Tres tutores datur pupillo infra. xiiij. annis curator pro post. xiiij. vsq. ad. xxv. annum. Item tutor incertus dari non potest. ff. de testa. r. u. tutor incertus. r. l. duo sunt tyci. r. instir. dele. l. tutor.

¶ Tres testator potest liberis suis si sunt impubes beres reliquere tutorem vnum vel plures et potest dare tutorem filijs impubes et filijs emancipatis si nepotes nati erant vel concepti tempore emancipationis. Similiter mater potest dare tutorem filijs in testamento maxime si eos heredes instituit et tunc confirmatio est a iudice sine inquisitione sed quando eos non instituit tunc cum inquisitione. ff. de confir. l. h. institu. de r. u. r. l. §. permillum. vt. C. de testamentaria tutela. l. mater. ¶ Tres pater potest dare tutorem liberis naturalibus licet non sint in potestate eius vt. C. de confir. r. u. r. l. vtr. r. hoc in illis rebus quas ei debent vel reliquit vt ibidem dicit alio asse

qui non sunt de liberis nemo potest in testamento dare tutorem nisi eos instituat heredes et tunc non valet dario sed a iudice confirmare debet si expedit pupill. et cum inquisitione vt. ff. de con. r. u. l. h. ¶ Solet testator quandoque remittere tutore in testamento iuramentum tutelae et confectionem inventarii et remittere ei quod non teneatur reddere rationem quod potest bene facere de iure. vt. ff. de ad. ministra. r. u. l. quidam decedens. C. arbi. r. u. l. h. vbi dicit dominus odouis. r. nota. C. de cur. fa. super autem. quod vt numerus illo casu quando remittit ei quod non teneatur reddere rationem bene tenebitur si quod dolo gessit et restituere quod apud eum remanserat de bonis pupilli nisi testator volens plenissime liberare ira dicat dampno heredem meum vt quicquid a tutore suo exigerit ac ratione tutelae pro eo quod dolo gereret vel nomine reliquorum id ei restituat vel actiones remittat ei. vt. ff. de liberat. legata. l. si quis rationes. r. l. non solum. §. si heres nemo cum hoc suaderi debet testatori nisi hoc ipsemet a se dicat testator: quia magna daretur tutore occasio delinquendi.

¶ De transactione.

**N**unc agendum est de transactione quid sit et unde dicatur quis potest transigere et de quibus rebus. Et in quibus cesset transactio et quis sit transactio effectus.

¶ De transactione quid sit et unde dicatur.

**T**ransactio est de re dubia et lite incertane cum finita non gratuita pactio. ff. de transac. l. 1. et de hoc habes. ext. e. tit. super eo in glo. transactio autem intelligas presentem vel futuram quia ante lite contestata fieri potest transactio. ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si quis potest. Similiter lite dicat iusta vel



**Trinstiti.** C. e. ritu. l. ij. Si tamē is qui agit credit se iustam fouere causam alioquin contra. ff. de cond. inde. l. in summa. **Item** non gratuita ideo dicitur quia transactio nullo dato vel promisso vel recito non procedit. ext. eo. ritu. super eo. C. e. ritu. l. i. transactio. Similiter nōdum finita ideo dicitur quia si radicatus esset nec appellari posset nec aliquo remedio attentari nec cum de sententia dubitaret si fiat transactio nulla erit. ff. e. ritu. l. et possessorem et l. possessore. ff. de cond. inde. l. eleganter. §. si possessore potest enim esse quod is qui cōuenitur dicit verum est me condemnatum esse tibi. et ad. r. et verū est quod debeo. sed vis esse contentus dabo tibi. v. incōtinenti tunc transactio nulla est sed et si negaret iudicatum si tñ a deo liquida fieret probatio vt non sufficeret negare ad hoc ides esset. C. de penis. l. q̄ snia. **Item** dicitur transactio q̄si actionis transactio eo quod qui transigit transigit et discedit ab actione et ita proprie dicitur transigere is qui agit. C. e. r. l. ij.

**Quis possit transigere et de quibus rebus**  
**Transigere** possunt dñi rerum vel actionū tutores curatores et procuratores bñtes liberā administratio-nem. ff. de procur. l. procurator. **Item** transigere possunt abbas vel prior conuentualis et alij prelati ecclesiarij cum ecclesiastica vel seculari persona sup bñs de quibus inter eos controuersia vertitur coram iudice ordinario vel delegato si habeant litteras a capitulis suis d̄ rarihabitione et valebit talis transactio si fuerit sine reclamatione capituli aliq̄t amnis fuata ac si caplm̄ consenserit in eandem als̄ effi sine consensu vel rarihabitione capituli transigere non potest prelati. ext. de transac. cōringit. vbi de hoc in glo. nota quod etiam de rel. domi. c. d̄lcaus. et ff. de iure vel. l. ait p̄tor. Si

militar procuratores habentes speciale mandatum transigere possunt. ff. de procura. l. mandator. et l. p̄cura. Similiter dari in rem suam qui d̄hispretermittitur ff. de procu. l. p̄curatorem. **Item** transigere possunt duo ep̄i sup vna vel duobus ecclesijs litigantes quod possunt eas permutare. ext. de rescrip. p̄mu. ad que stiones. C. de trasac. statum. **Item** potest transigi in omnibus ciuilibus. C. e. r. cas in criminalibus autem que sanguinis penam irrogant transactio interuenire potest. C. e. r. transigere. et n. q. in. c. notandū ver. in omnibus d̄ r̄ tūc accusator incidit in turpilianum. ff. de turpi. l. ab actore Sed hoc nihil ad reum cui ignoscitur et quomodo sanguines redemit. ff. de bonis eorum qui añ mor. si qua. l. i. hoc tñ fallit in adulterio vt in lege transigitur sed hodie in adulterio videtur correctū in aut. vt nulli iudi. §. adulteriū vel forte specialiter obtinet in marito vel maritus ibi non transigitur de re dubia et lite incerta sed restituatur coniuncta.

**Item** in criminalibus que sanguinis penā nō irogat transactio fieri potest si gratuita pactio seu remissio. ff. de iure fisci l. fisci. et idē potest in adulterio dici. Si nō data pecunia reus transigat cum actore transactio nulla est et reus p̄ se habet ff. de suari. l. in oib. et in p̄dicto. §. nō dā dem vbi in oib. fallit hoc i crimine falsi C. e. r. l. transigere. vñ n. Sanguinis et capitis metues de crimine penā. transigere si placet nō transigat vllus ad inter. in reliqs nulli liceat nisi de crimine falsi. Dat censura tñ noua. metho. vite leuamen. **Item** cū s̄z canones nullū crimē irroget penā sanguis. rxiij. q. viij. bñs a q̄b. et eē ne cū vel mo. sniam ergo i nullo transigit. **Item** transactio facta p̄ cleri cos sup capella de qua erat questio inter eos symoniata est etiā si fuisset iuramento firmata. quod in spiritualibus nō transigit

unde est penitus reuocanda. ext. e. r. con-  
 stitutus. Similiter si fiat sup beneficio ec-  
 clesiastico in iudiciū deducto symonia  
 est. ext. eo. r. super eo ubi de hoc. j. q. iij.  
 si quis prebendas. Potest tamē in pre-  
 dictis iteruente cessio 7 amicabile cō-  
 positio. ext. eo. r. c. ij. 7 de decimis subie-  
 ctum 7 c. si quis ep̄s nisi dicatur trans-  
 actionem fieri posse in spiritualibus vt  
 detur spirituale pro sp̄i. sicut in per-  
 mutatiōe arg. ext. e. r. sup eorū de hoc  
 in glo. hic euidenter. ¶ Itē transactio p  
 p̄e sumpto vocabulo in rebus sp̄iali-  
 bus intruere nō potest. s. vt repara-  
 le detur p sp̄iali. j. q. ij. quā pio 7 ext. e.  
 r. super eorū de hoc 7 de reu. permu.  
 ad questiones 7 c. vlt. sed amicabile cō-  
 positio vt dictū est fieri potest ext. eo. r.  
 cōstitutus. 7 c. statuimus intruere  
 tamē dicitur in permutatiōe seu qua-  
 dam trāfatione cuius datur sp̄iale p  
 sp̄iali auctoritate superioris p bono pa-  
 cis. ext. de preben. nisi. 7 de pace cū pu-  
 dem. ¶ Itē in alimētis nō transigitur  
 sine p̄cedis auctoritate. ff. eo. r. l. cum  
 hu. §. qui transigit. 7 §. si p̄tor. Simi-  
 liter in questionibus q̄ ex testamēto p̄-  
 ficiuntur nō trāfigitur nisi in spectis  
 testamentis et cognitis testamentiver  
 bis. ff. eod. titu. l. de his.

¶ In quibus cesser transactio  
 et quis sit trāfationis effectus.

**T**ransactio cessat in actionibus fa-  
 mosis. ex maleficio descenditib⁹  
 vt in actione furtiū bonorū p̄p̄oz et  
 iniuriarū. ff. de his qui no. inf. l. furti.  
 §. pactum secus tamen est in actionib⁹  
 famosis descenditibus ex cōtractu vt i  
 actione mandati tutele 7 depositi. 7 ff.  
 de his q̄ no. inf. l. in actionib⁹. ¶ Itē  
 cessat trāfatio in iure subiectionis q̄a  
 subiectione spiritualis est ext. eo. r. pre-  
 terea 7 de relig. do. cōstitutus. si potest  
 ep̄s in remissione cōstituere sensum si-  
 bi soluēdū in recognitione dominij. ex.

de cēsis ois vt ad iudiciū perceptu  
 bertatis ext. de p̄ni. recepim⁹ sed i ge-  
 neralē remissionē nō trāsit iurisdic-  
 tio. r. q. ij. visis in fi. Similiter nec visita-  
 tio nec pcuratio. ext. de dona. pasto-  
 ris 7 de cēsi. cū venerabilē. Similiter  
 nec reuerētia neq̄ subiectione. C. de bonis  
 liber. l. vlt. vlt. c. r. p̄tere a. Quid igitur  
 venit in generalē remissionē vel concess-  
 sionem siue exēptionē res. remissio ois  
 repositiū ex. de dona. pasto. ¶ Itē trāf-  
 actio alia ḡnalis alia specialis. Specia-  
 lis nō obediētie in alijs nisi in quo trāf-  
 igitur 7 si fiat in iuno. c. nō ipedit p̄cessū  
 aliorū in alijs. C. e. r. l. age cū geri i quo  
 et ca. penul. Transactio vero general-  
 ter restringitur quādoq̄ ad eē de quo  
 specialiter ē actū. ff. e. r. l. q̄ cum tu. §. j.  
 et c. e. r. c. vbi de his in gl. §. licet postea  
 Similiter nō rescindit sub p̄terito nisi  
 replicatione doli. ff. de pac. l. tūc. ¶ Itē  
 trāfatio generalis licet teneat de rigore  
 iuris rescindit tamē replicationē do-  
 li vt vidēt. l. tres. ¶ Itē transactio in di-  
 stincta vel specialis non obest malis q̄  
 nō sunt in trāfatiōe deducta. C. de iu-  
 di. l. licet. ¶ Itē defectus transactio-  
 nis est vt omnia instrumenta ad cau-  
 sam spectantia super qua transactū est  
 et quicquid aliud q̄ opem partib⁹ ferri  
 re potest actū vacuum 7 omnium viri-  
 tute cassandum 7 sola transactio p̄ma-  
 neat et obrineat robur. ext. eo. r. titu. c. j.  
 ¶ Itē ex eo datur exēptio in omni-  
 eo de quo actum fueratq̄ transactum  
 unde et si generalis fuit petitiō et gene-  
 ralis trāfatio in omnibus obstat ex-  
 ceptio. C. eodes titulo. l. sub p̄terito et  
 hic est effectus transactiois ex parte  
 rei ex parte vero actoris nō datur actio  
 ex transactioe vt ideo datur vel fiat q̄  
 conuenitur dari vel ferri recederetur  
 a lite. ¶ Itē transactio siue pacta  
 in que in principio inualida fuerunt  
 valide tamen postea fiunt 7 firma pro



confirmationem pape. extra. eo. ti. ca. i. ubi de hoc in glo. not. q. si. de pact. quod. Similiter si fiat forma iur. post quadriennium rescinda nō potest. aliter non potest si ecclesia pbaret se lesā. extra. de restit. spo. in integr. requisit.

Item non tenet transactio de re super quā transigens non credit bonaz causam habere: quia euidenter calumniari videtur. ff. de condic. inde. l. in sū. ma. j. ff. Similiter non tenet de re illa super qua iam est sententia lata. ff. de condic. inde. l. eleganter. §. si post. Similiter transactio fieri potest de noua. C. e. t. l. in minorem.

### De treuga.

**N**unc videndum est de treuga qd fit: quibus temporibus maxime debet obseruari.

Quid sit treuga et quib' t'pib' maxime debet obseruari.

**T**reuga est securitas p'ita personis et rebus ad templi discordia nondum finita. Item treugarum alia conuentionalis: alia canonica: p'uentioalis alia ex conuentione recipit formam sicut contractus ex conuentione legem accepit et formam. ff. de de possit. l. j. §. si conueniat: et hoc est q' factū inter se discordes que seruati semper debet quia fides etiam hosti seruanda est. xxij. q. j. noli. et ext. e. ti. c. j. in pn. ubi de hoc et hoc intelligas si hostis seruat fide: alioquin secus. ext. de iureiu. peruenit. r. xvij. q. j. si fidelis. Item treuga canonica est que preter omnes conuentionem certis diebus et temporibus est seruanda. extra. eo. titu. capi. j. et hoc intelligi potest etiam si de iusto bello a quo et si tempore est cessandum. xxij. q. vlt. si nulla. nimis tamen ei uacandum est his diebus et temporibus de quibus habetur. extra. eo. tit. si nulla. Similiter potest intelligi de iniusto

bello. q' etiam si nullo tempore sit factendum minus tamen his diebus et temporibus de quibus loquitur decreta. l. i. q' alis. Item quedam persone sunt quib' perpetuo canonice treuge seruari debent siue iubentur sicut sūt presbyteri monachi conuersi pegrini mercatores rustici euntes et redeuntes et in agricultura existētes. Similiter et animalia que arāt et que semina portant ad agrum. extra. eo. titu. c. ij. Similiter romipete et oratoria visitantes. xxij. q. ij. si quis romipetas. habent autem hoc priuilegium rustici quam diu fuerint in agriculturam sicut et milites donec militant. C. de restit. militum. l. vlti. Similiter clerici monachi et conuersi donec in ecclesijs canonicis ac regulariter viuunt. C. de episcopo et clericis. l. generaliter sic et alia que ad cultum agri pertinent. C. que res pig. obli. pos. l. pignorum.

### De sacra vnctione et.

**N**unc videndum est de sacra vnctione. Que sit que et qua vngatur. Quid significant vnctiones.

Quid sit vnctio et qua vngatur quid significant vnctiones.



Vnctionum. alia exterior et visibilis. alia interior et invisibilis. Exterior et visibilis corpus inungitur interiori inuisibili vngitur cor q' semper augmentat bonum q' inuenit. Similiter exterior est signum interioris. Unde vnctio est q' ipsum verbum sonat. ff. iudicatum solui. l. iudicatum. Item caput et manus episcopi consecratur crismate et balsamo et oleo sancto.

## Summa monaldi.

tro cōfecto. De significatiōe olei balsami capitis ⁊ manū habes. ext. eo. ti. c. i. mo. ¶ Item iungitur p̄ncip̄s in humero et quilibet fidelis in scapulis et pectore. Naz in veteri testamēto vnguntur reges in capite. lxxv. d. i. c. j. sed vinctio capitis in b̄achib̄i vel humeris in artū p̄ncip̄is est transfata ⁊ p̄ncip̄s oleo delinitur. ext. e. ti. c. vna.

¶ Item vnguntur manus sacerdotis crismate cū ordinatur. xvi. q. j. §. quidē circa finem. r. ext. e. ti. c. vno vbi de his.

¶ Itē quilibet christianus inungitur bis ante baptis̄m̄. s. oleo b̄dictionis p̄ncip̄i in pectore ⁊ postea inter scapulas vt dictuz est: ⁊ bis post baptis̄m̄. s. crismate sancto p̄ncip̄i in vertice: deinde in frōte. Crismate aut̄ signare munus episcopale est. xcv. di. peruenit. ⁊. c. p̄sbyteros. ⁊ de cōse. ra. dist. v. omnes de his. ⁊. c. manus. ¶ Similiter vngitur altare ⁊ calix ⁊ ecclesia cū dicatur. ext. e. ti. c. vno. §. vngitur. ¶ Itē vinctio p̄ncip̄i patriarcharū p̄ncip̄atū ⁊ archiep̄i scopozū spectat ad summū pontificem epozū vero vinctio ad metropolitanos sacerdotū vero ⁊ ecclesie altaris ⁊ calicis ac paruulozū consignatio post baptis̄m̄ ad ep̄m̄ spectat vinctio p̄o paruulorū ante baptis̄m̄ spectat ad simplices sacerdotes. Quid aut̄ significent vinctiones predicte declaratur. extra. e. titu. ca. vno.

### De venditione.

**V**endere est rem pro precio dare. ¶ Venditur cū nomen venditionis ad alias alienationes q̄n̄q̄. ff. quibz modis pig. sol. sicut. §. venditionis.

¶ Itē venditor in tribus casibus non tenetur rem vēditā defendere ip̄i emptori si questio moueatur. s. si emptor non nunciauerit illi si fideiussori actorē absente. C. de euic. emptor fundi. ⁊ l. actorem q̄de renunciatione hoc po-

test fieri quolibet tempore huiusmodi non minus iuxta sententiā. ff. de euic. l. si rem. §. quolibet tempore. ¶ Item nec emptor nec vēditor tempore morte questionis debēt se absentare. ff. de euic. si iudeo. §. presenti. ⁊ arg. ext. vt lite non cōstet. q̄m̄. §. porro. ¶ Item si emptor cōpromittat in arbitros ⁊ contrariam sententiā reposuit venditor non tenetur. ff. de euic. si demum. §. si compromisso. Similiter si emptor potuit vsucapere ⁊ non vsucepit venditor de euic. non tenetur. ff. de euic. si vicini §. si causa vel si iudex per iniustitiam abstulit emptori rem suam. ext. de vē. ⁊ emp. c. vlt. vbi de his in diuersis glo.

¶ Item venditio non tenet quando vendens ultra dimidiam iusti precii ē deceptus. Sed tamen est in optione ementis vel supplere iustum precium vel rescindere venditionem. Tempus enim venditionis et nō mote litis est in huiusmodi considerandum. ext. de emp. ⁊ ven. cum causam. vbi de hoc in glo. istud sic est intelligendū ⁊. c. dudus cum dilecti. vbi de hoc. ¶ Item licitus est emptoribus et venditoribus contrahentibus adinuicem se decipere q̄ ad insti precii medium. ff. de mīno. in tu. §. in precio licet hoc veruz sit s̄m̄ leges humanas tamen s̄m̄ legem diuinam secus est quia peccat venditor si ementem decipiat scienter rem p̄ debito vendendo mendacio et contra conscientiam rectam. ¶ Item tenentur homines res suas transeuntibus vendere cum humanitate non carius p̄ in mercato vendantur et ad hoc debent compelli. extra. de emptio. ⁊ ven. capitulo primo. vbi de hoc. ¶ Item vēditio rei communis rescinditur quādo s̄m̄ consuetudinē loci offertur emptori extraneo vel remoto magnum precium infra annum ⁊ diem a tempore



Contractus a propinquis venditoris.  
ext. de restit. in integ. constitut. vbi d  
hoc in glo. consuetudo. ¶ Item ven  
ditio sub conditione facta non tenet  
nisi adueniente vel completa conditio  
ne. ff. de contrahen. emptione. nec ven  
ditio. 1 ar. extra. de condi. apo. verum.  
vbi de hoc. ¶ Item venditio rerū ma  
ternarū nulla est ipso iure: vbi legum  
solemnitas non seruat. ext. de restit.  
in integ. constitutus.

De verborum forma in scriptis. &c.

Verborū forma in puuilegijs res  
scriptis & testamētis attendēda  
est: ab ea recedēdū nō est sine cā. xxxj.  
di. oino. 2. xxx. q. j. q. d. g. inibus. 2. ff. de le  
gatis. in. non als. ¶ Item vba cū esse  
ctu sunt accipiēda. ext. de deri. nō. res  
si. relati. vbi de hoc & de spon. ca. vlti.  
& de pe. di. j. hec autem verba. ¶ Item  
verba debent seruari intentionē & nō  
econuerfor: quia in dubijs recurrendū  
est ad intentionem loquentis. ext. de  
pbo. significatione. vbi de hoc. ¶ Item  
diuersa variatio non obstat vbi eade  
est sententia verborum. ext. de pbo. sig.  
intelligētia vbi de hoc. ¶ Item hoc pbo  
vbi necessitate importat. xi. q. iij. debet.  
& ext. de ap. pponit vbi de hoc. ¶ Item  
pbo. simpliciter dictū vel positū gna  
liter intelligitur. xxx. di. si romanorum  
& ext. de puuile. quia circa. & argu. ext. de  
pbo. signi. cum in partibus vbi de hoc  
¶ Item proprietates non est semper at  
tendenda in testamento sed videndū  
est que fuerit intentio testatoris quia  
potior est mens dicentis q̄ vox. ff. de  
suppel. leg. labeo. & argu. extra. de pbo.  
signi. p̄terea: vbi de hoc. ¶ Item q̄ hō  
sunt vba trabenda ad extraneū fm.  
vbi bono modo res alicui saluari nō  
pōt. argu. C. de pbo. sig. cum quidā. 2. C.  
de be. cū q̄nto. & ext. de pbo. signi. intelli  
gentia vbi de hoc.

Quis potest pberare &c.

Verberari pōt per iudicē ecclēsi  
asticū criminiosus dūmodo ver  
bera in effusione sanguinis nō pcedāt  
rūh. q. vi. c. j. 2. v. q. v. illi qui et ex. de in  
cendi. & raptō. in archiep̄atu. vbi d̄ hoc  
¶ Item pberari d̄z subdiaconus qui ac  
cusauit diaconem & non potuit hoc p  
bare. ext. de calum. j. vbi de hoc. 2. v. q.  
vj. debet in exilium. ¶ Item similiter  
viles persone sunt pberande: quia eis  
sine tormento credi non debet. h. q. j. i  
primis. 2. §. de persona. 2. v. q. v. illi qui.  
2. xxiij. q. v. c. j. ¶ Item a tormentis nō  
est incipiendum. ext. de regu. iur. cum  
in contemplatione. ¶ Item pberari  
debet vilis persona si virginem violen  
ter corrupit & non vult eam recipere  
in vxorem. extra. de adulte. peruenit.  
vbi de hoc. ¶ Insi. de pu. iij. §. h. ¶ Item  
maiores clerici nō sunt pberandi nisi  
pro grauioribus culpis: minores vero  
pro minoribus verberantur. vt. xlv. di.  
cum beatus. §. j. salamon. 2. xxx. distin.  
asit. ¶ Item & monachus si per incre  
pationem non corrigitur pberibus  
debet corrigi. xv. q. vlti. ca. vlti.

De veritate.

Veritas triplex est que non est  
propter scandalum deserenda  
scilicet p̄tas iustitice. ext. de regu. iur. q̄  
scandalum. vbi de hoc. ¶ Item veri  
tas doctriue. xi. q. iij. quando ergo.  
¶ Item p̄tas bone vite. xxiij. questio  
ne secunda primum in prin. 2. xxxij. q.  
v. ita ne. ¶ Item p̄tatem occultare in  
teste mortale peccatum est. xi. q. iij. q̄  
quis. & ext. de accusa. olim vbi de hoc &  
crimine falsi. capitulo primo. ¶ Item  
p̄tas rerum per errores gestorum nō  
viciatur. ff. de offi. prela. illicitas. §. pri  
mo. ¶ Item propter familiaritatem  
solet p̄tas impediri. iij. questione pri  
ma accusatores vlti.

## De vicario.

**N**unc videndum est de vicario quid sit, quod sit eius officium in quibus casibus possit per vicarium deseruiri. Quod ius habeat vicarius in ecclesia in qua seruit. Et non possit plures vicarias habere.

## Quid sit vicarius.

**V**icarius est qui vice alterius gerit siue in officio non contentioso. ext. de offi. archi. c. j. et de offi. archiepiscopi. ca. j. in fine. siue in contentioso unde vicarius omnia potest que pertinent ad iurisdictionem illius cuius vices gerit. C. de offi. eius qui. aut ge. l. j. et fere per totum. et ar. r. c. di. ca. vlti. et r. c. di. c. j. Quedam tamen insunt que sine speciali mandato attemptare non debet ext. de offi. dele. q. translationem. vbi de hoc in glo. quedam sunt. Sed est sciendum quod vicarius aliqui de quibus in legibus suprapositis tractatur non erant delegati vel subdelegati sed iudices ordinarii. Nam eligebantur. j. certum tempus quod erat ordinarium prescriptum ut ipsi vices ordinarioz presentium et videntium supplerent. Similiter erant alii qui gerebant vices morozum et absentium qui suspecti appellabantur hi omnes poterant agere que ad iurisdictionem pertinent preter vltimum supplicium et membri abscisionem. C. eo. tit. l. ij. in autem. de col. s. autem. que not. Unde de officialibus episcopozum plurimum dubitatur an sint ordinarii vel delegati. videntur enim ordinarii habita similitudine ad vicarios et suspectos qui ordinarii sunt sicut dictum est sup. Sed dicendum fuit quosdam officiales huiusmodi delegatos eo quod non eliguntur nec ad certum tempus instituunt sed sicut et quantum episcopi volunt gerunt enim vices episcopozum quantum durant mandata et desistunt gerere

quandiu vocatur ad mandata. sed sint delegati ad vniuersitates causarum quantum diu iurisdictione eorum durat. unde possumus alios delegare eo quod iurisdictione eis committitur et non causa. ff. de iud. l. cum pretor. s. iudices. Quidam cum dixerunt eos ordinarios fore. de quibus dixerunt loqui decretales. ext. de resti. in integ. c. j. in verbo illo delegati vero: sed illud alio modo intelligitur a quibusdam.

**Q**uid sit officium vicarii et in quibus casibus debent per vicarium deseruire.

**V**icarii officium est ecclesie personaliter deseruire. unde debet sacerdos quando habet ecclesiam habentem curam animarum antequam et tenentur vicarie sue personaliter deseruire nec plures vicarias simul habere potest. ext. eo. tit. ca. i. et vlti. vbi de hoc in glo. perperuus. et c. pvideat. et de clerico non resti. quia nonnulli. et c. sequenti. et de elec. cum in cunctis. Similiter debet residere in vicaria sua. extra. de clericis non residere relatum. et hoc continet: quia semper offerenda sunt sacrificia. xxxi. di. si laycus et diurnas ac nocturnas horas canere debet. extra. de celebratione missarum. ca. j. unde non licet ei per alium vsuarium deseruire nisi ex indulgentia speciali contempat alicui non residere vel cum consuetudine excusat vel cum ecclesia dependeat. extra. prebendam ext. de preben. exposuisti. et c. extirpanda. Similiter licet per vicarium deseruire alicui cum sine culpa sua incidit in infirmitatem. deformitatem seu morbum ita ut per se deseruire non possit et hiis casibus maioribus prelati dantur coadiutores vñ. q. j. c. j. Similiter et minoribus licet per vicarium deseruire vel cum necessario perfectio imminet. ext. de ap. peruenit vel voluntaria vtilis in honesta vtpote studiorum seu peregrinatio



nis causa licentia nō prelati habita. de  
 cōse. o. v. nō debet. ¶ Itē nō debet cō-  
 stitui vicarius in ecclesia parochiali nisi  
 huiusmodi ecclesia esset alij p̄bēde vel  
 dignitati annexa: t̄ tūc vicarius d̄z de  
 p̄uētibz ecclesie habere p̄gruā portio-  
 nē. ext. de p̄bē. ex. r̄irpāde. §. qui ve-  
 ro vbi de hoc. Similiter plati & clerici  
 non debent instituire sibi vicarium  
 in ecclesia curā animarū habēte. cū ipsi  
 debeant personaliter ibi deservire vt  
 in dicto. c. ex. r̄irpāde. §. qui nō. & de de-  
 ri. non resistē. quia nōnulli. &c. seq̄nti.

Quod ius habet vicarius in eccle-  
 sia in qua seruit.

**V**icarius hoc ius habet in ecclesia  
 quia si de licentia ep̄i constitutus  
 fuerit remoueri nō p̄t̄on tamē p̄-  
 p̄ter hoc debet habere ecclesiā intitula-  
 tā remoueri t̄n p̄t̄ a persona que eus  
 instituit vel a successore ipsius. ext. eo.  
 ti. ad hoc vbi de hoc & de arb. non sine  
 Similiter habet ius in re & p̄p̄tea habēs  
 vñā vicariā aliā habere nō p̄t̄. ext. eo.  
 ti. p̄uideas. vñ vicari? eo ip̄o q̄ p̄mitit  
 se in sc̄da ecclia intitulari p̄dit ius q̄ bz  
 in vicaria. ext. de concess. p̄bē. l. fas. & de  
 rescrip. postulat. l. i. & xx. q. ii. si q̄s trāsla-  
 tus. Similiter intitulatus in vna non  
 nō potest in alia esse vicarius. ext. e. r.  
 q. i. Similiter agere p̄t̄ & cōueniri no-  
 mine ecclesie sue. ext. de fide instru. p̄-  
 petuus que omnia in perpetuo vica-  
 rio loci habēt talis enim suo nole p̄-  
 sider sicut & is cui a domino modicū tē-  
 pus cōducitur. ff. si ager vec. v. l. ap. l. vl.  
 in fine. ¶ Itē p̄petuus vicarius d̄z q̄ a  
 p̄sona ecclesie de antro: itate ep̄i est ca-  
 nonice institut? q̄ certā d̄z pape portio-  
 nē. ext. e. ti. ad hoc. vbi de hoc in glo.

¶ Itē vicarius p̄stitutus a papa in v-  
 be nō p̄t̄ ext. vbi extēdere iurisdictionis  
 nē suā p̄sertum q̄si papa est ibi vicinus

ext. e. ti. tua nobis. als. p̄o iurisdictione ei?  
 extēditur. i. ceteris m̄i militare ad instar  
 p̄fecti vrbis. ff. de of. p̄si. l. i. §. minutio.  
 & ff. de officio p̄cō. l. siue aliam. §. vlti.

¶ Itē vicarius aliquē vicariū institue-  
 re non p̄t̄ cū ipse in vicaria sua debe-  
 at p̄sonaliter deservire. ext. e. tit. cleri-  
 cos. vbi de hoc sicut nec delegatus dele-  
 gatiū nisi a p̄ncip̄e datus esset. Fallit  
 hoc in archiep̄sbytero q̄ cū sit vicari?  
 ep̄i in quibusdā sp̄sialibz. ext. de offi. ar-  
 chi. ministeriū in si. aliū t̄n vicariū ba-  
 re p̄t̄ vt ibidē dicitur. & xxv. d. p̄lectis  
 vt archiep̄sbyter p̄o sed hoc iurisdictionis  
 ne cōtingit voluntaria. Secus t̄n in con-  
 tētiōsa. ar. C. de iudi. l. a iudice. & ext. d.  
 offi. dele. sup. questionū. ¶ Itē vicari?  
 qui habet p̄petuā vicariā b̄ficiatus d̄z  
 siue intelligitur esse.

In quo casu vim vi repellere  
 licet.

**V**im vi repellere licet cū modera-  
 mine inculpate tutele. ext. de  
 homici. significasti. h. ad si. vbi de hoc  
 Sof. & de sententia ex cōmuni. si vero.  
 & hoc fiat in cōtinenti sine interuallo.  
 ff. de vi & vi ar. idem est. §. cum igitur.  
 ¶ Itē d̄z fieri causa defensionis & non  
 visionis. ff. ad. l. acquil. sententiam. §.  
 penulti. & xxii. q. i. quid. culpatur. & c̄p̄  
 de homici. significasti. h. ad finē. vbi de  
 hoc. ¶ Itē licitū est vim rebus illatas  
 & inferendā repellere in cōtinenti vel  
 quā citius sciuerit & poterit collectis a-  
 micis. ff. de acquire. pos. in p̄m. §. vlti.  
 & l. clam possidere. §. qui ad. nō. om̄ias  
 & ext. de resti. spo. olim in fine. Vicariā  
 est factā p̄sona repellere nō nec ex in-  
 uallo q̄ sic esset vindicta. ¶ Item ius  
 publicū dicitur q̄d cū armis. s. vero  
 puatū q̄d sine armis inferri potest. de  
 publicis iudi. circa fi. §. n. ¶ Item lex iu-  
 sta de vi puuata. ff. de iudi. l. de hoc

## Summa monaldi.

